**M**erito querit̄ quom̄ dicatur: quia dñs neminē uoluerit iter suū scire: nec tam̄ latere potuerit. Quid enī est quod ille n̄ potuerit: qui etiā temporaliter inter homines positus. omnia inuisibilit̄ que foris agebant̄ intus cū patre disponebat. Aut qm̄ ob causā putandus est fines tyri & sydomis intrasse. nisi ut filiam syrophenissę a demonio liberaret. ac pfidem femine gentilis. pfidiam argueret scribarum ac phariseorū. S; fidelit̄ ac pię sentiendū est. q̄a nequaquā de illo hac inre qd̄ ipse noluit factū est: s; fidelib; iter eius sequentib; qd̄ p̄ncipalit̄ in bonis que agunt uelle debeant ostensū est. Ingressus quippe domū precepit discipulis ne se cuiqm̄ in regione ignota quis esset ap̄rent. at tamen ipse suū illō introitū gentili femine & q̄bcumq; uo-

luit ipm̄ pdentib; publicauit.

Ipse cor illius ad querendā a se salutē inuisibili accendit instinctu. ut exemplo ei; discerent quib; sanandi in firmos grām conferret. in exhibitioe miraculoꝝ humani grām fauoris quantū possent declinare. nec tam̄ a pio uirtutis ope cessare. quando hec fieri uel fides bonoꝝ iuste mereret̄. uel incredulitas prauoꝝ necessario cogeret. Et n̄ potuit inq̄t latere.

**M**ulier enī <sup>statim</sup> ut audiuit de eo cui; habebat filia sp̄m immundū: intrauit & p̄cidit ad pedes ei;. Erat autē mulier gentilis. syrophenissā genere.

**G**ypice autē mulier hec gentilis s; cum fide ad dñm ueniens. exclam̄ designat de gentibus collectā. que p̄ filia demoniaca dñm rogat. cū p̄p̄tis suis needū credentib; & ut ipsi a diaboli fraudib; absoluant̄ sup̄ne pietati supplicat. Que bene iuxta mathm̄ de finib; suis egressa: in hoc ū eugl̄ista egressa esse ad dñm. atq; a d̄o pedes



eius perdidisse refertur. quatinus ex utri-  
usque assertionem colligatur. quod illi  
solum fideliter ac recte pererrantibus  
orant. qui per seculum suae perfidiae man-  
siones relinquunt. atque in domum  
domini uidehinc ecclesiam pia se de-  
uotione transferunt.

**E**t rogabat eum ut demonium  
eiceret de filia eius. Qui dixit  
illi. Sine primis saturari filios.

**Q**uasi aptius diceret. Revertat  
futurum. ut etiam uos qui de gen-  
tibus estis salutem consequamini?  
sed primo oportet iudeos qui  
merito antiquae electionis. fi-  
lios dei solent nomine cense-  
ri. pane caeli refici: et sic tan-  
dem gentibus uitae pabula mi-

**N**on est bonum frustrari.  
sumere panem filiorum. et mittere  
canibus. Ad illa respondit. et dixit  
ei. Vtique domine. Nam et canelli  
comedunt de micis puerorum.

**M**ira sub persona mulieris ca-  
nanitidis. ecclesiae fides. patien-  
tia et humilitas predicatur:  
fides qua creditur sanari pos-  
se filiam suam: patientia. qua  
tociens temptata ut matheus

scribit in precibus perseverat: humi-  
litas. qua se non canibus sed catu-  
lis comparat. Scio me inquit fi-  
lios panem non mereri. nec inte-  
gros posse capere cibos. nec sedere  
ad mensam cum patre: sed conten-  
ta sum reliquis catulorum. ut hu-  
militate micarum ad panem in-  
tegrum ueniam magnitudinemque.  
Mira rerum conuersio. Israhel  
quondam filius: nos canes. Pro-  
diuersitate fidei: ordo nomi-  
num commutat. De illis postea  
dicitur. Circumdederunt me canes  
multi: et uidete canes. uidete  
malos operarios. uidete coesio-  
nem. De nobis a latratu blas-  
phemiae contradictionis ad pie-  
tatis gratiam conuersis: ipse ali-  
bi dicit. Et alias oues habeo  
quae non sunt ex hoc ouili: et il-  
las oportet me adducere et  
uocem meam audient. Notan-  
dum sane quod mystice loquitur  
credens ex gentibus mulier: quia  
cатели sub mensa comedunt  
de micis puerorum. Mensa quippe  
est septimana sancta: quae nobis pa-  
nem uitae ministrat. Hinc



etenim dicit cecilia. Parasti in con-  
spectu meo mensam: aduersus eos  
qui tribulant me. **M**ice puerorum:  
interna sunt mysteria scripturarum:  
quibus humilium solent corda re-  
fici. De quibus alias sancte ecclesie pro-  
mittit: dicente propheta de domino.

**Q**ui posuit fines tuos pacem: et  
adipe frumenti faciat te. Non  
ergo crustas sed micas de pane  
puerorum edunt catelli: quia con-  
uersi ad fidei qui erant despec-  
ti in gentibus: non littere superficie.

<sup>scriptura</sup> **S**ed spiritualium medulla sensuum qua  
in bonis actibus perficere ualeant  
inquirunt: et hoc sub mensa dominorum.  
dum uerbis sacri eloquii humiliter  
subdita. ad implenda que pre-  
cepta sunt. cuncta sui cordis et  
corporis officia supponunt: qua-  
tinus ad speranda que a domino pro-  
missa sunt premia in celis. meri-  
to se debite humilitatis erant.

**E**t ait illi. **P**ropter hoc **S** gant.  
sermonem uade: exiit demonium  
de filia tua.

**P**ropter humile matris fidele que  
sermonem: filiam deseruit de-  
monium. **U**bi datur exemplum

**P**salms catheterizandi & baptizandi in-  
fantes: quia uidelicet per fidem  
& confessionem parentum in bap-  
tismo a diabolo liberantur par-  
uuli: qui necdum per se sapere uel  
aliquid agere boni possunt aut

**E**t iterum exiens **S** mali. **.xvii.**  
de finibus tyri. uenit per sy-  
donem ad mare galilee inter me-  
dios fines decapoleos.

**D**ecapolis est ut ipso nomine  
probatur regio decem urbium trans  
iordanem ad orientem: circa phi-  
lipum & pella et gadara. con-  
tra galileam. Quod ergo dicitur.  
quia dominus uenit ad mare gali-  
lee inter medios fines decap-  
polis: non ipsos fines decapolis  
eum intrasse significat. neque  
enim mare trans nauigasse  
dicitur: sed potius ad mare usque  
uenisse: atque ad ipsum peruenisse  
locum qui medios fines decapo-  
li longe trans mare positus

**E**t adducunt **S** respiciebat.  
ei surdum & mutum: et deprecaban-  
tur eum ut imponat illi manum.  
**S**urdus & mutus est: quod nec  
aures audiendis dei uerbis.



nec os apert proloquendis. Quales <sup>Matth.</sup>  
necesse est ut hi qui loqui iam &  
audire diuina eloquia longo usu  
didicerunt. domino sanandos offerant.  
quatinus eos quos humana fra- <sup>Lucas</sup>  
gilitas nequit. ipse gratie sue dex-  
tera saluet.

**E**t apprehendens eum de turba  
seorsum: misit digitos suos  
in auriculas eius.

**P**rima salutis ianua est: in-  
firmum apprehendente domino de  
turba seorsum educi. Apprehendens  
namque infirmum de turba se-  
orsum educit: eum mentem pec-  
catis languida uisitacione  
sue pietatis illustrans. a con-  
suetis humane uersationis  
moribus auocat: atque ad sequen-  
da preceptorum suorum itinera prouocat.  
Mittit digitos in auriculas:  
eum per dona sancti spiritus aures cor-  
dis ad intelligenda ac susci-  
pienda uerba salutis aperit.  
Namque digitum appellari spiritum  
sanctum testatur ipse dominus cum di-  
cit iudeis. **S**i ego in beelzebub <sup>Salomon.</sup>  
eicio demonia: filii uiri  
in quo eiciunt: <sup>Johes.</sup> Quid exponet

Lucas

alius euangelista dicit **S**i ego in  
spiritu dei eicio demonia. Quo mi-  
rum digito: & magi in egypto  
superati sunt a moyses dicentes:  
Digitus dei est hic. Et lex in ta-  
bulis scripta est lapideis digi-  
to dei: quia per donum sancti spiritus  
& ab insidiis defendendum hominum  
sue spirituum malignorum: & in ag-  
nitione diuine uoluntatis  
erudimur. Digni ergo dei in auri-  
culas missi eius qui sanandus  
erat. dona sunt sancti spiritus: quibus  
corda que a uia ueritatis ober-  
rauerant. ad scientiam salutis  
audienda discendaque reuelat.  
Quia cognitio ueritatis lu-  
cem sequi confessio debet: ap-  
te subiungitur. **S** 9.

**E**t exspuens tetigit linguam  
Exspuens quippe dominus linguam  
tangit egroti: cum ad confessio-  
nem fidei ora catheterizatorum  
instruit. Spiritum namque diuini  
saporis designat sapientie:  
que teste uiro sapiente loquitur.  
Ego ex ore altissimi patris pri-  
mogenita. Unde & alibi. spui-  
to eius terre commixto cecum natum



illuminat. Sicut enim quod ex capite domini descendit. diuinam eius naturam que ex deo est: portio terre cui idem spiritum immiscuit. humanitatem que ex hominibus assumpta est designat. Et per medicamentum ex spuito suo ac terra compositum oculos ceci nati aperuit: quia genus humanum per confessionem utriusque sue nature. ab ingentibus errorum suorum tenebris eruit. Exspuens ergo dominus linguam muti ut loqui ualeat tangit: cum ora diu bruta ad uerba sapientie proferenda contactu sue pietatis informat.

Bene autem subditur: **Et suspiciens in celum ingemuit: & ait illi. Effeta. quod est ad aperire.**

Suspexit namque in celum: ut inde mutis loquela. inde auditum surdis. inde cunctis infirmitatibus medicina doceret esse querenda. Ingemuit autem. non quia ipsi operum esset cum gemitu aliquid petere: quod cuncta petentibus donat cum patre: sed ut nobis gemendi daret

exemplum: uel cum patris uel patrum erratibus proximorum superne presidia pietatis inuocamus. Quod autem ait effeta id est ad aperire: ad aures proprie pertinet. Aures enim ad audiendum aperire: lingua uero ut loqui posset. a retinaculis erat sue tarditatis soluenda. Unde

**Et statim aperit se. & subdit. Aures eius: & solutum est iunctum lingue eius: & loquebatur recte.**

Ubi utraque unius eiusdemque mediatoris dei & hominum natura. manifeste distincta est. Suspicens enim in celum quasi homo deum precaturus ingemuit: sed mox uno sermone quasi diuina potens maiestate curauit. Bene autem dicitur de eo cui dominus aperuit aures. ac lingue iunctum soluit: quia loquebatur recte. Ille etenim solus recte loquitur. siue deum confitendo. seu aliis predicando: cuius auditum ut celestibus possit auscultare & obsecundare mandatis diuina gratia referat: cuius linguam dominus tactu sapientie que ipse est. ad loquendum instruit;



Talis autē merito potest dicere  
cū psalmista. *Dñe labia mea  
aperies: & os meū annuntiabit  
laudem tuam. Et cū ysaia. Dñs  
dedit m̄ linguā eruditā: ut  
sciā sustentare eū qui lapsus  
est uerbo. Erigit mane. erigit  
m̄ aurē: & audiā quasi magis.*  
**E**t p̄cepit illis ne *S*trum.  
cui dicerent. *Quanto autē eis  
p̄cipiebat tanto magis plus p̄  
dicabant: & eo ampli' admira  
bant' dicentes. Bene om̄a fecit:  
& surdos fecit audire. et mu  
Sciebat eos sic *S*tos loqui.  
ille qui notas habebat & pre  
sentes futuras hominū uo  
luntates. tanto magis p̄dicatu  
ros. quanto magis ne p̄dicareſ  
eis p̄cipiebat. *Vt quid hoc pre  
cipiebat. nisi quia pigris uole  
bat ostendere quanto studiosi'  
quantoq; feruenti' eū predica  
re debeant quib; iubet ut p̄e  
dicent: quando illi qui phibe  
bantur tacere nō poterant.*  
**A** dieb; illis t̄cum cū turba  
multa ess; nec haberent quod  
manducarent. *quocatis disci**

**VIII.**  
**.xxiii.**

*pulis aut illis. Misereor sup tur  
bam: quia ecce iā triduo susti  
nent me: nec habent qd man  
ducent & cetera.*

**E**t in hac lectione consideranda  
est in uno eodēq; redemptore  
nr̄o distincta opatio diuini  
tatis & humanitatis: atq; er  
ror euticetis q̄ unā tantū in  
ap̄o opationē dogmatizare  
presumit. p̄cul xp̄ianis fini  
bus expellendus. Quis enī nō  
uideat hoc qd sup turba mi  
seretur dñs. ne uel inedia uel  
uie longioris labore deficiat.  
affectū esse & compassionē hu  
manę fragilitatis: qd uero de  
septem panib; & pisciculis pau  
cis quatuor milia hominū  
saturauit. diuine op' eē uir  
tutis. *Mystice autē hoc mi  
raculo designat. qd uia sc̄li  
p̄sentis alit̄ in columes transi  
re nequim: nisi nos gr̄a re  
demptoris nr̄i alimento sui  
uerbi reficiat. Hoc ū typice  
int̄ hanc refectionē & illam  
quinq; panū ac duoz pisciū  
distat: qd ibi littera ueteris*



instrumti spūali grā plena esse  
signata est: hic autē noui ueri-  
tas ac grā testamenti fidelib;  
ministranda monstrata est.

**S**ane utraq; refectio ī monte  
celebrata ē. ut alioꝝ euḡlistaz  
narratio declarat: quia utriq;  
sc̄ptura testamti recte intel-  
lecta. altitudinē nobis celesti-  
um & p̄ceptoz mandat ī pre-  
mioꝝ. utraq; altitudinē xp̄i  
q̄ est mons dom' dñi in uerti-  
ce montiū ḡsona uoce p̄dicat.

**Q**ui enī edificatā sup se ciui-  
tatē siue domū dñi id est  
ecclesiam in altum bonoz extol-  
lit opum. & cunctis manifes-  
tam gentib; exhibet: ipse hac  
ab infimis delectationib' ab-  
stractam pane celi reficit.  
atq; ad appetitū supne sua-  
uitatis dato pignore cibi  
spiritualis accendit.

**M**isereor in q̄t sup turba q̄a  
cce iā triduo sustinet me-  
nec habent qd̄ manducent:  
& si dimisero eos ieiunos in  
domū suam. deficient in uia.

**Q**uare t̄duo turba dñm sus-

tinuerit: math̄s exponit ple-  
niss qui ait. **E**t ascendens ī  
montē sedebat ibi. & accesserunt  
ad eū turbe multe habetes  
secū multos. claudos. cecos.  
debiles & alios multos: & p̄ce-  
cerūt eos ad pedes eius. & cura-  
uit eos. **T**urba ḡ triduo dñm  
p̄p̄t sanitatē infirmoz suoz  
sustinet: cū electi quoz; fide  
sc̄e trinitatis lucidi. dño p̄  
suis suozq; peccatis anime ui-  
delicet languorib; p̄seueranti  
instantia supplicant. **I**te tur-  
ba dñm triduo sustinet: quā-  
do multitudo fidelū peccata  
que p̄petrauit p̄penitentiā  
declinans. ad dñm se in ope.  
ī locutione atq; in cogitatioe  
ouertit. **Q**uos dimitte ieiun-  
nos in domū suā dñs n̄ uult.  
ne deficient in uia: q̄a uide-  
licet cōuersi peccatores in p̄-  
sentis uite uia deficiunt. sin  
sua conscientia sine doctrin e  
sc̄e pabulo dimittant. **N**e ḡ  
lassent in huius p̄gnationis  
itinere: pascendi sunt sacra  
admonitione. **V**alde autem



pensanda est pia sententia. q̄  
p̄cessit ex ore ueritatis: qua d̄r.  
**Q**uidā enim ex eis: de longe  
**E**st autē qui nichil **I**uenerūt.  
fraudis & nichil carnalis cor-  
ruptionis exptus: ad omnipo-  
tentis d̄i seruiciū festinauit.  
**I**ste de longinquo nō uenit:  
q̄a p̄ incorruptionē & inocen-  
tiam pxim⁹ fuit. **A**lius nulla  
impudicitia. nullis flagitijs  
inquinat⁹: solo autē yugio ex-  
pertus. administrariū sp̄uale  
cōuersus est. **N**eq; iste uenit  
elonginquo: quia usus yunc-  
tionē cōcessa. p̄ illicita n̄ erra-  
uit. **A**ly ū post carnis flagi-  
tia. alij post falsa testimonia.  
alij post facta furta. alij post  
illatas uolentias. alij post  
p̄petrata homicidia ad peni-  
tentiam redeunt. **H**i uideli-  
cet ad d̄nm de longinq̄ ueni-  
unt. **Q**uanto ē enim quisq;  
plus in prauo ope errauit.  
tanto ab omnipotente d̄no  
longi⁹ recessit. **D**ent⁹ ergo ali-  
menta eis etiā qui de longin-  
quo ueniūt. quia cōuersis

**A**  
atq; ad om̄potē  
tis d̄i seruiciū y  
uertuntur.

peccatorib; doctrine sc̄e cibi pre-  
bendi sunt: ut in d̄m uires re-  
parent. quas in flagitijs amise-  
runt. **I**stē iudei q̄cumq; in xp̄o  
crediderūt: de p̄pe ad illū uene-  
runt. quia legis & p̄phetarum  
erant litteris edocti de illo. **G**re-  
dentes uero ex gentib; de longe  
utiq; uenerūt ad xp̄m: q̄a nul-  
lis paginarū sc̄arum monumē-  
tis de eius erant fide p̄moni-

**E**t interrogauit eos. **I**ti.  
**Q**uot panes habetis? **Q**ui  
dixerunt. **S**eptem.

**B**ene septē panes i ministris  
noui testam̄ti ponunt⁹: in  
quo septiformis gr̄a <sup>sc̄e sc̄i</sup> plenius  
fidelib; cunctis & credenda  
reuelat⁹. & credita datur.  
**N**eq; ordeacei fuisse p̄dunt⁹.  
sic illi quinq; de quib; sunt  
quinq; milia hominū satu-  
rata: ne itūm sicut in lege  
uitale anime alim̄tū corpo-  
ralib; sacram̄tis obtegeret⁹.  
**O**rdei ē enim medulla: tena-  
cissima palea tegitur.

**E**t p̄cepit turbe discumbere  
sup̄ terram. **S**upra it;



refectione quinq; panū turba  
 sup fenū uiride discumbibat.  
 nē ubi septē panib; reficienda  
 est. sup tīam discumbē precipi-  
 tur. quia p sēpturā legis car-  
 nis desidia calcare & cōpmere  
 iubemur. omīs enim caro fe-  
 nū & omnis glā eius q̄si flos  
 femi. in nouo autē testamēto  
 ipsam quoq; tīam ac faculta-  
 tes temporales derelinquere  
 p̄cipimur. **Vel** certe q̄a mōs  
 in q̄ turba dñicis panib; refici-  
 ebatur. altitudinē ut supra  
 dixim; redemptoris nr̄i sig-  
 nificat. ibi sup fenū. hic sup  
 tīam reficit. **Ibi** enī celsitu-  
 do xp̄i p̄pter carnales homi-  
 nes & iherlīm terrenā. carna-  
 li spe et desiderio regit. hic  
 autē remota omī cupiditate  
 carnali. quiuas noui testamē-  
 ti spei p̄manentis firmamē-  
 tum. tanq̄ ipsi montis soli-  
 ditas. nullo feno interposito

**E**t accipiens **S**continebat.  
 septē panes grās agens fregit.  
 & dedit discipulis suis ut appo-  
 nerent. & apposuerūt turbe.

**D**ñs accipiens panes dabit dis-  
 cipulis. ut ipsi acceptos turbe  
 apponerēt. quia spūalis dona  
 scientie t̄buens aplis. peozū  
 ministium uoluit exle sue  
 p orbem uite cibaria distribuy.  
**Ad** autē fregit panes q̄s dis-  
 cipulis daret. aptionē desig-  
 nat sacramtoꝝ quib; adppe-  
 tuā salutē nutend' erat mund'.  
**Cū** enim ait ipse dñs. & nemo  
 nouit filiū nisi pater. et neq;  
 patrē quis nouit n̄ fili' i cui  
 uoluerit reuelare. q̄d nisi pa-  
 nem uite nobis p̄se ap̄iendū  
 demonstraui. ad cui' intiora  
 cernenda p̄ nos ipsos penetra-  
 re nequiuim'. **Cui** oīa p̄pha-  
 miserabile quozdā famē de-  
 plorans aiebat. **Paruuli** peti-  
 erunt panē. nec erat q̄ fran-  
 geret eis. **Ad** est alijs uerbis  
 dicere. **Indocti** quesierūt pa-  
 bulū uerbi dī. quo ad uitutē  
 bonē opationis ualescerent  
 refici. nec erat magis defi-  
 cientib; qui eis sēpturę archa-  
 na patefacēt. eosq; ad uerā ue-  
 ritatis instituet. **Acceptis**

Heremias  
 in lauitatio-  
 nibus.



autē ad frangendū panib; dñs  
grās agit: ut & ipse quantū de  
salute gentis humani ogaudet  
ostendat: & nos ad agendas sem-  
per deo grās informet. cū uel  
terreno pane carnē. uel celesti  
animā supna grā largiente re-  
**E**t habebant pis- **I**ficimus.  
ciculos paucos: & ipsos benedixit  
et iussit apponi.

**S**i in panib; septē sc̄ptura no-  
ui testam̄ti designat: in cuius  
lectione p̄ grām sc̄i sp̄s interna-  
mentū epulas inuenim: q̄d  
ī pisciculis q̄s benedicens dñs  
parit̄ turbe iussit apponi. nisi  
sc̄os accipim: illi temporis q̄  
eadē est sc̄ptura condita: uel  
quoz ipsa sc̄ptura fidē. uitā &  
passiones continet. **H**i enim  
de turbulentis hui' sc̄i fluc-  
tibus erepti ac diuina benedic-  
tione cōsecrati. refectionē no-  
bis int̄nam ne in hui' mundi  
transeuntis excursu deficiamus.  
exemplo sue uel uite p̄-  
buere uel mortis. **I** sunt.

**E**t manducauerūt: & saturati  
**M**anducant de panib; dñi

ac piscib; & saturant: qui audi-  
entes uerba dī & exempla intu-  
entes. ad p̄fectū uite correctionis  
p̄hec excitari atq; assurgē festi-  
nant. Quib; apte congruit il-  
lud psalmiste. **V**ident paupes  
& saturabunt: & laudabūt dñm  
q̄ requirūt eum: inuent corda  
eoz in sc̄m sc̄i. Q̄d est apte dice.  
**A**udient humiles uerbu dñi.  
& facient. et ad laudē nō suā  
s; supni largitoris cuncta q̄  
bene gerunt referent: unde  
merito ad uitā interioris ho-  
minis eternā utpote pane  
uite saturati puenient. **C**ui  
cont̄ tardis auditorib; p̄pro-  
phetā expratur. **M**anducas-  
tis: & n̄ estis saturati. **M**andu-  
cant namq; & n̄ saturant: q̄  
panē uerbi dei audiendo de-  
gustant: s; n̄ faciendo q̄ audi-  
unt. nichil ex his int̄ne dul-  
cedinis quo cor ip̄oz ofirmet  
in uentre memorie recipiūt.

**E**t sustulerūt q̄d supauerat  
de fragmentis: septē sportas.  
**Q**uod turbis saturatis sup-  
erat apli sustollit & septem



spertas.  
 implent, q̄a sunt altiora p̄fec-  
 tionis p̄cepta uel poti' exhorta-  
 menta & ōsilia. que generalis  
 fidelium multitudo neq̄t ser-  
 uando & implendo attingere.  
 Quorū <sup>exceciq̄</sup> excusatio ad illos p̄prie  
 respicit. q̄ maiori sp̄e sc̄j gr̄a  
 pleni. generale ppli dei uersa-  
 tionē mentis atq; op̄is subli-  
 mitate transcendit. qualib;  
 d̄r. Si uis p̄fectus esse. uade  
 uende om̄ia que habes. & ceta.  
 Unde bene sp̄orte quib; d̄nicorū  
 s̄c̄ condita fragm̄ta ciborū. p̄p-  
 ter septiformē sp̄e gr̄am. sep-  
 tem fuisse memorant. Nam  
 q̄a sp̄orte iunco & palmarū fo-  
 līs solent ōtari. merito in  
 sc̄oz significatione ponunt.  
 Iuncus quippe sup̄ aquas nasci  
 ōsueuit. palma ū uictricem  
 ornat manū. Et iuncis ua-  
 sis recte ōparant̄ electi. cū ra-  
 dice cordis ne forte ab amore  
 ēt̄nitatis areseat. in ip̄o uite  
 fonte collocant. Assimila-  
 tur & eis que de palmarū  
 s̄c̄ foliis ōtata. cū indefecti-  
 uam ēt̄ne retributiōis memo-

riam puro ī corde retinent.  
 Bene turba quāuis reliquias  
 d̄nici prandij n̄ capet. mandu-  
 casse tam̄ & saturata esse narra-  
 tur. q̄a sunt n̄ nulli q̄ & si om̄ia  
 sua relinquē nequeunt. neq;  
 explere hoc qd̄ de uirginib; d̄r.  
 qui potest cape capiat. ceterū  
 huiusmodi tam̄ esurientes & si-  
 cientes iusticiā saturant. cū  
 audiendo mandata legis dei  
 ad uitā p̄ueniunt eternā.  
**E**rant aut̄ qui manducaue-  
 runt q̄si quatuor milia. et  
**B**ene erant. **I** dimisit eos.  
 quatuor milia. ut ip̄so etiā  
 numero docent euḡlicis se  
 pastos esse cibarijs. .xxiiii.  
**E**t statim ascendens nauim cū  
 discipulis suis. uenit in partes  
**P**ro hoc in ma **I** dalmanitā  
 theo legim'. Et dimissa turba  
 ascendit ī nauiclam. & uenit  
 in fines magedan. Non aut̄  
 dubitandū ē. eundē locum  
 esse sub eodem nomine. Nā  
 pleriq; codices n̄ habent etiā  
 sc̄dm̄ marcū. nisi magedan.  
**E**t exierūt pharisei & cepunt



conquirere cū eo. querentes ab  
illo signū de celo temptantes  
**S**ignū querunt: quasi **I** cū.  
que uiderant signa n̄ fuerint.  
**S**; quid querant: ostendit cū  
subditur. Querentes ab illo  
signū de celo. Vel in morem  
helye ignē de sublimi uenire  
cupiebant: uel ī similitudinē  
samuelis tempore estiuo mu-  
gire tonitrua. coruscare ful-  
gura. ymbres ruerē: q̄si non  
possent & illa calumpnari i-  
dicere. ex occultis & uarijs ae-  
ris passionib; accidisse. **A**t tu  
q̄ calumpnaris ea que oculis  
uides. manu tenes. utilitate  
sentis: quid facies de his que  
de celo ueniunt? **U**tq; respō-  
debis: & magos in egypto fe-  
cisse multa signa de celo. **N**el  
certe signū querit de celo: ut  
qui multa hominū milia  
socio de paucis panib; satia-  
uit: nē in exemplū moysi  
manna celit̄ misso & p̄ omnia  
passim dispsō. p̄p̄m omnem  
multo tempore reficiat. **A**d  
in euglō iohannis post eduli-

um panū turbas ab eo quesisse  
legim̄ dicentes. **A**d ergo tu fa-  
cis signū: ut uideam̄ & creda-  
mus t̄. **Q**uid oparis? **E**t patres  
nr̄i manna manducauer̄ in  
deserto: sic̄ sc̄ptum ē. Panē de  
celo dedit eis manducare.

**E**t ingemiscens sp̄u ait. **A**d  
generatio ista signū querit.  
**A**m̄ dico uobis: si dabit̄ gene-  
rationi isti signus.

**Q**ui sup̄ turba credentē ce-  
lesti beneficio refectū gratia  
agebat: nē obstultā phariseor̄  
n̄ credentiū & temptantiū  
peticionē gemit & tristatur:  
q̄a uerā hominis natām uerā  
humane nature circūferens  
affect̄. sicut de hominū salu-  
te letat̄: ita sup̄ eor̄ dolet et  
ingemiscit errorib;. **U**nde et  
alibi cū multi ad salutē apl̄is  
p̄dicantib; essent p̄ducti: sc̄p-  
tum ē de illo. **I**n ipsa hora: ex-  
ultauit sp̄u sc̄o & dixit. **C**on-  
fiteor t̄ dñe pater celi et  
terre: q̄d abscondisti hec a  
sapientib; & prudentib;. & re-  
uelasti ea paruulis. **E**t cum



iude; facin' esset redarguitur? tur-  
 batus est spū ut iohannes sc̄bit.  
 & prestatus est & dixit. Am̄ am̄  
 dico uobis: quia un' ex uobis tra-  
 det me. Quod autē ait. si dabit'  
 generationi isti signū: signifi-  
 cat n̄ dabitur. iuxta illd' in psal-  
 mo. Semel iurauy in sc̄o meo  
 si dauid mentiar: id est n̄ da-  
 uid mentiar. Deniq; sc̄s augus-  
 tinus de cōsensu euglīstarū lo-  
 quens: ita in marco sc̄ptū esse  
 restat: Et signū non dabit' ei.  
 Non ḡ datur generationi illi  
 signū: id est temptantiū dñm  
 & resiltantiū uerbis ei. tale  
 utiq; signū quale temptantes  
 querebant hoc est de celo: q̄b;  
 tam̄ multa celestia signa da-  
 bat in trā. **C**etūm generationi  
 querentiū dñm. requirentiū  
 faciē dei iacob signū de celo  
 ostendebat. quando cernenti-  
 bus aplis ascendit in celū: qñ-  
 do misso desup spū p̄mitiua  
 impleuit ecclām: quando ad-  
 ipositionē man' ap̄loꝝ in sa-  
 maria. cesarea. effeso. alijsq;  
 urbib; ac locis plurimī. grām

de celo sp̄e sancti credentib' mi-  
**E**t dimittens eos **I**nstrauit.  
 ascendens nauī abijt itūm trā-  
 fretū. & obliti s̄t sumie panes:  
 & unū panē habebant secū in  
**Q**uerat aliq̄s & dicat. **I**n nauī.  
 Quom̄ panes n̄ habebant? qui  
 statim impletis septē sportis as-  
 cenderūt in nauēclām & uenerūt  
 in fines magedan. ibiq; audi-  
 unt nauigantes. q̄d cauere de-  
 beant a ferūto phariseoꝝ et  
 saduceoꝝ. **S**; sc̄ptura testat':  
 qd' obliti sunt eos secū tollere.  
 Quod autē nauigaturi trāsfre-  
 tum. obliti s̄t uiaticū sumie  
 secū: iudiciū est quā modicā  
 carnis curā haberent ī reliq̄s:  
 quib; ipsa reficiendi corporis  
 necessitas que naturalit' cunc-  
 tis mortalib; inest. intentio-  
 ne dñici comitat' mente ex-  
 cesserant. **U**nus ū panis quē  
 secū habebant ī nauī. mystice  
 ipsū panē uite dñm uideli-  
 cet saluatoreē designat: cuius  
 amore quia semp̄ int' refici-  
 ebant' in corde: min' de terre-  
 no pane q̄ corp' pasci solet

curabant.



**E**t precipiebat eis dicens. Videte  
et cauetē a fermento phariseorū: et  
fermento herodis.

**F**ermentū phariseorū est. decre-  
ta legis diuine traditionib⁹ ho-  
minū post ponere: uel certe  
legem uerbis p̄dicare. factis ī-  
pugnare. Fermentū eorū ē dñm  
temptare. nec doctrine eius  
aut opib⁹ credere: s; insultan-  
do alia quib⁹ credere debeant  
petere. Fermentū est herodis  
adulteriū. homicidiū. teme-  
ritas iurandi. simulatio reli-  
gionis. & qđ omnīū caput est  
origo scelūm. odiū ac p̄secu-  
tio in xpm. & p̄cursorem eius  
p̄conemq; p̄mū regni celestis.  
A quo utroq; fermento: etiā  
ap̄ls nos phibens ait. Itaq; e-  
pulemur. n̄ in fermento ueteri  
neq; in fermento malicie et  
nequicie: s; in azimis sinceri-  
tatis & ueritatis.

**E**t cogitabant ad alterutrū  
dicentes. qđ panes n̄ habem⁹.  
Quo cognito ihc: ait illis. Qđ  
cogitatis. qđ panes n̄ habetis.  
Nondū cognoscitis neq; intel-

ligitis. Adhuc ceratū habetis cor-  
urim⁹. Oculos habentes n̄ uidetis.  
& aures habentes n̄ auditis. nec  
recordamini quando quinq; pa-  
nes fregi in q̄nq; milia. & quot  
cophinos fragmētōrū plenos sus-  
tulistis. & cetera.

**P**er occasionē precepta q̄ salua-  
tor uisserat dicens. cauetē a fermē-  
to phariseorū & fermento herodis:  
docet eos qđ significant quinq;  
panes & septē. siue p̄seichī. aut  
quinq; milia hominū. & qua-  
tuor milia que pasta sūt inhe-  
remo: qđ licet signorū magni-  
tudo p̄spicua sit. tam̄ aliud  
sp̄uali intelligentia demon-  
stretur. Si enī fermentū pha-  
riseorū & saduceorū & fermentū  
herodis. n̄ corporale panē. s;  
traditiones p̄uersas & hereti-  
ca significat dogmata: quare  
& cibi quib⁹ nutrit⁹ est p̄p̄s  
dī non uerā doctrinā inte-  
gramq; significant. Istū mo-  
di fermentū quod omī ratio-  
ne uitandū est: habuit mar-  
cion & ualentin⁹. & om̄s he-  
retici. fermentū hanc uim



habet. ut si farine myrtū fuit. qđ paruum uidebat̄ crescat in mar. & ad saporē suū uniuersā cōspersionē trahat. ita & doctrine heretica si uel modicam scintilla intuitū pectus iecerit. in breui ingens flāma succrescet. & totā hominis possessionē ad se trahet. Hoc est de qđ ap̄ls loquit̄. Modicū fermentū: totā massam corrumpit.

**E**t ueniunt bethsaida. Et ad .xv. ducit ei cecū: & rogabant eū ut illum tangeret.

**C**uncti qđ ad dño curant̄ languores. spūaliū sunt signa languorū: quib; anima p̄ peccatū et̄ne morti p̄pinquat. Sicut enī in surdo i muto a dño sanato. sanatio mentis insinuat̄ eorū qui neq; audire uerbum dī neq; loqui nouerant. & mox in refectione turbe esurientis que dñm secuta fuerat. suauitas figurat̄ illa qđ diligentū se & querentiū solet corda nutrire. ita in hoc ceco paulatī curato a dño. illuminatio designat̄ cordiū

stultorū. ac longe a uia ueritatis aberrantiū. Rogabant autē eū ut illum tangēt. scientes qđ tactus dñi sicut leprosum mundare. ita etiā cecū illuminare ualeret. Tangim̄ autē dñm nos: cū ei fide integra & sincera adherem̄. Quē p̄fecto tactū nobis esse saluberrimū: exemplo mulieris que symbriā eius felici audacia tetigit. ediscim̄. Tangit nos dñs. cū mentē nr̄am afflātū sui sp̄s illustrat: atq; ad agnitionē nos p̄prie infirmitatis studiūq; bonę actionis accen-

**A**t apprehendens. Id est. manū cecū: eduxit eū extra

**A**pprehendit manū suā. Id est. manū cecū. eū ad executionē bonę opationis qm̄ p̄ diutina cordis obscuritate nō nouerat. confortaret. Eduxit eū extra. ut a uita uulgarī segregat̄. ad uoluntatē sui conditoris qua illuminari mereret̄. liberius seculo excitaret̄. Quisquis enī lumen et̄nitatis uidere desiderat: nō exempla tur-



barū. s; ducatū necesse est semp  
sui redemptoris sequatur.

**E**aspiciens q; in celos eius. im  
positis manib; suis interrogauit  
si aliquid uidet. Et aspiciens ait.  
Video homines uelut arbores  
ambulantes. Deinde itum un  
posuit man' sup octos ei. et cepit  
uide. & restituit' est ita ut uide  
ret clare omnia.

deo cecū hunc paulatī dñs et  
ñ repente curat. quē mox uno  
uerbo si uellet potat curare. ut  
magnitudinē humane cecita  
tis ostendere. que quasi pedetēp  
tim et p quosdā pfectus graduū  
ad lucē diuine uisionis solet  
puenire. s; & siue nobis gratie  
crebra daret iudicia. p qm sin  
gula nrē pfectionis incremēta  
ut pficere aliquid possint nec  
deficiāt adiuuat. De spūto aut  
oris dñi qd grām sp̄e eius desig  
net. sepe dictū est. De tactu ma  
nuū eius qd uirtutē adiutorij  
ipsius insinuit. nulli dubiū  
est. Spūtū quippe abint' de ca  
pite dñi pcedit. man' uero s̄  
membra corporis extius posita.

Easpiciens q; in celos ceteri dñs impo  
nit manus suas ut uideat. q̄a ce  
citatē genis humani & p̄iuisibi  
lia diuine pietatis dona. & per  
hibita foris sacramta assumptē  
humanitatis absterfit. Primo  
aut' is qui curabat. uidebat ho  
mines uelut arbores ambulan  
tes. hoc ē formā quidē corporū  
int' umbras aspiciens. s; nulla  
membroꝝ limāmēta uisu adhuc  
caligante discernē ualens. qua  
les odensē arbores a longe spec  
tantib; uel certe in luce noe  
turna solent apparere. ita ut  
ñ facile arbor an homo sit pos  
sit dinosci. quia p̄is nimirū  
cuiq; uirtutis introit' est. ho  
minū uitam moresq; ceteroꝝ  
inspicere. ut q̄cqd quispiā bo  
ni uiderit imitet. quicqd ma  
li caueat ac detestet. S; quisq; <sup>de</sup>  
ita dissipit. ac longi temporis  
obscuritate dep̄ssus est. ut int'  
bonū & malū. fidem et p̄fidia.  
sincera pietatis opa. & simula  
tionē iusticie. adhuc discernē  
nesciat. quasi ambulantes  
homines instar arboꝝ cernit.



quia facta multitudinis absq;  
 luce discretionis uidet. Et qd  
 talib; sup̄est. nisi ut diuina dig-  
 natio que ei curā homines cō-  
 siderandi t̄buit. etiā donum  
 offerat discernendi. que maxi-  
 me hominū uita sequenda.  
 quoz sit audienda doctrina.

Unde apte dicit. quia scdā ī  
 positione manuu suaz dñs ei  
 lucē clare omnia uidendi resti-  
 tuerit. Clare namq; uidet om-  
 nia q̄ cecus fuit. cū is qui illu-  
 minari int̄ meruit. manifes-  
 te didicerit quom̄ credendū.  
 qualit̄ uiuendū. que p̄ fide ue-  
 ritatis atq; opatione iusticie  
 p̄mia sunt in futuro sp̄anda.

**E**t misit illi in domū suā  
 dicens. **Vade in domū tuā. &  
 si in uicū int̄ieris nemini dix-**

**Quod eū in domū s̄eris.**  
 suā ire p̄cepit. mystice admo-  
 net om̄s qui agnitione uirtatē  
 illustriant. ut ad cor suū rede-  
 ant. & quantū s̄ donatū sit  
 sollicita mente p̄pendat. col-  
 latisq; sibi beneficijs digna  
 opum executione respondeāt.

Quod ū cum sic & multos q̄s sana-  
 uit alios. sanationē suam silen-  
 tio tegere iubet. exemplū suis  
 t̄buit. ne de his que faciūt mi-  
 randis. fauorē uulgi requirāt.  
 s; diuinis tantū aspectib; ubi  
 & merces opum restat. sint pla-  
 cere contenti.

**E**t egressus est ihc & discipuli  
 eius in castella cesaree phi-

xxvi.

**P**hilippus iste est fra **S**up̄i.  
 ter herodis de quo sup̄ dixim⁹  
 tetrarcha ituree & traconitidis  
 regionis. qui in honorē tyberij  
 cesaris cesariā philippi que nō  
 paneas d̄r appellauit. & est in  
 puincia phenicis. imitat⁹ he-  
 rodem patrē. qui in honorē au-  
 gusti cesaris appellauit cesareā.  
 que p̄us turris stratonis uoca-  
 batur. & ex nomine filie ei⁹ li-  
 biadem transiordanen extru-  
 xit. Iste locus cesaree philippi  
 ubi iordanis ad radices ort⁹  
 libani. & habet duos fontes.  
 unū nomine ior. alterū dan.  
 qui simul mixti. iordanis no-  
 men efficiunt.

**E**t in uia int̄rogabat discipu-



los suos dicens. Quē me dicunt  
esse homines. Qui responderit  
illi dicentes. Johannē baptistā.  
aliū helyam. aliū uero quasi unū de

**P**ulchre dñs fide **I**phētis.  
discipuloꝝ exploraturus. p̄mo  
hominū sententiā interrogat.  
ne uidelicet illoꝝ cōfessio non  
ueritatis agnitione pbata. s; uulgi  
uideatur opinione firmata. nec opta  
credere. s; in star herodis de auditis  
hesitare putent. Vnde & petro se  
xp̄m confitenti scđm math̄m dicit.  
Quia caro & sanguis n̄ reuelauit t̄.  
hoc est doctrina humana fidei te  
ueritatē n̄ docuit. Pulchre etiā qui di  
uersam de dño sententiā fe  
runt. hominū nomine notā  
tur. Nam q̄ ueritatē potentie  
ei' fidelit̄ ac pia mente cognos  
cunt. nequaq̄ homines s; dñi  
appellari merent̄. quales fuis  
se aptos scđa sua interrogatiōe  
dñs ostendit. Nam sequit̄.

**G**unc diē illis. Vos uero quē me  
**A**ttende enī **I**esse dicitis.  
prudens lector. q̄a excōsequē

tib; textuq; sermonis. apti ne  
quaquā homines s; dñi appellat̄  
Cū enim dixisset. quē me eē  
dicunt homines. subiecit. Vos  
uero quē me dicitis esse. Illud  
quia homines se humana opi  
nantib; uos qui dñi estis quē  
me esse existimatis.

**R**espondens petrus. ait ei. Tu  
licet ceti apti **I**es xp̄e.  
sciant. petrus tamē respondit  
p̄ceteris. Complexus est itaq;  
om̄ia qui & nat̄am et nomen  
expressit. in q̄ sūma uirtutū  
est. Et iam ne nos de genera  
tione dī feram⁹ questiones. Cū  
iam paulus iudicauit nichil  
se scire nisi xp̄m. h̄c crucifi  
xum. petrus nichil amplius  
qm̄ xp̄m dei filiū putauerit  
& fitendū. nos & quando et  
qm̄ natus sit. & quant⁹ sit hu  
mane infirmitatis & tempta  
tione rimam⁹. Finis ḡ fidei  
meę xp̄e est. finis fidei meę  
dī filius est. nō licet m̄ scire  
generationis seriē. non licet  
tamē nescire generationis fidē.

**E**t gminat̄ est ne cui dice



*rent de illo. Et cepit docere illos qm̄ oportet filiū hominis multa pati: & reprobari a senioribus. et cetera.*

deinde se ante passionē & resurrectionē noluit predicari. ut cōpleto postea sanguinis sui sacramento oportuni apl̄s dicēt. cūntes docete om̄s gentes baptizantes eos in nomine patris & filii & sp̄s sancti: quia n̄ p̄desset eū publice predicari. & eius uulgarī in pl̄is maiestatem. quem post paululū flagellatū uisuri essent & crucifixū. multa pati a senioribus & scribis & principib; sacerdotū. Et notandū qd̄ eum qui multa pati & occidi & resurgē debeat filiū hominis appellat: quia passo in carne xp̄o diuinitas impassibilis

*Et apprehendens eū mansit. petrus: cepit increpare eum.*

Quomodo increpauit eū. matheus exponit aptius dicens. Absit a te dñe: nō erit t̄ hoc. Depe dixim' nūm̄ ardoris atq; amoris qm̄ maximi fuisse petrū: ind̄m saluatorem.

Quia ḡ post confessionē suā qua dixerat. tu es xp̄e filius dī uiui. & p̄miū saluatoris qd̄ audierat scdm̄ math̄m. beatus es symon bariona. quia caro & sanguis n̄ reuelauit t̄. s; pater meus q̄ in celis est: repente audit a dño oportere eū ire iherosolimam. ibiq; multa pati a senioribus et scribis & p̄ncipib; sacerdotū. & occidi. et tertia die resurgere. n̄ uult destrui cōfessionē suā nec putat fieri posse ut dī filius occidatur: apprehendit q; eū in affectū suū uel separati ducit. ne p̄sentib; cet̄is condiscipulis magistrū uideatur arguere. & cepit increpare illū amantis affectu: & optans dicē. absit a te dñe. uel ut meli' habetur in greco. p̄ptius esto t̄ dñe n̄ erit istud. hoc est n̄ potest fieri. nec recipiunt aures mee. ut dei filius occidend' sit.

*Qui conuersus & uidens discipulos suos: gminatus est petro dicens. Vade retro me sathana.*

Sathanas interpretatur aduersarius siue contrari: quia cō



traria inquit loqueris uolunta-  
ti mee. debes aduersari' appella-  
ri. Multi putant qd non petrus  
corruptus sit s; aduersari' spiritus.  
qui hec dicere aplo suggererat.  
S; in error' aplicus & de pietatis  
affectu ueniens: nunqm̄ in cen-  
tium uidebit' diaboli. Vade sa-  
thanas diabolo dr: uade retro  
me petrus audit. Vade retro  
me: hoc est sequere sententiã

**Q**uonia non sapis ea **S** meã.  
que di sunt: s; que s; hominũ

**M**ee uoluntatis est & patris  
cui ueni facere uoluntate. ut  
p hominũ salute moriar. Tu  
tuam tantũ consideras uolun-  
tate: non uis granũ tritici  
interiã cadere. ut multos fruc-  
tus afferat.

**xxvii.** **E**t conuocata turba cũ disci-  
pulis suis: dixit eis. Si q̄s  
uult post me sequi: denegat

**P**ostquã disci **S** se ipm̄ i ceta.  
pulis mystium sue passionis  
& resurrectionis ostendit. hor-  
tatur eos una cũ turba ad se-  
quendũ sue passionis exemplũ.  
Et omnib; quide ppter se tribu-

lacionẽ p̄pessis. salutẽ in futuro  
p̄mittit animay. nõ tamen om-  
nib; uerũ p̄fectiorib; quanta ip̄e  
passurus. q̄due a mortuis ess; re-  
surrectur' apuit. Vbi formã di-  
cendi ministris uerbi p̄fixit. ut  
capacitatẽ osiderantes auditorũ.  
p̄ suo quẽq; modo instrue memy-  
nerint. neq; infirmis audito-  
rib; altiora quã capiunt archa-  
na cõmittant. Si quis uult  
inquit post me sequi: denegat  
se ipm̄. Tunc aut' nos metipso  
abnegam'. cũ uitamus qd per-  
uetustate suam: & ad hoc niti-  
mur. qd p̄ nouitate uocamur.  
Pensem' quom̄ se paul' abne-  
gauit: qui dicebat. Uuo  
autẽ iam non ego. Extinctus  
quippe fuerat seuus ille p̄secu-  
tor: & uiuere cepit p̄uis pre-  
dicator. Si enim ip̄e esset: p̄  
p̄fecto ñ esset. S; qui se uiuere  
denegat: dicat unde ẽ qd scã  
uerba p̄ doctrinã ueritatis cla-  
mat. Prinus subdit. Uuit ñ  
in me xpc. Ac si apte dicat.  
Ego quide a memet ip̄o extinc-  
tus sũ quia carnalit' ñ uiuo.



si tam essentialiter mortuus non sum: quia in christo spiritualiter uiuo. Dicit ergo ueritas dicat. si quis uult post me sequi denegat seipsum: quia non quis a semetipso deficiat. ad eum qui super ipsum est non appropinquat. nec ualet apprehendere quod ultra ipsum est. si nescierit macerare quod est. Sed iam qui se a uitijs abnegat: exquirende ei uirtutes se in quibus crescat. Nam cum dictum est. si quis uult post me sequi denegat seipsum. primum adiungitur. **Tur me**

**Et tollat crucem suam: & sequatur me.** **Et tollat crucem suam: & sequatur me.** Quibus & enim modis crux tollitur: cum aut per abstinentiam afficitur corpus: aut per compassionem proximi affligitur animus. Pensemus qualiter utroque in paulus crucem suam tulerat: qui dicebat. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo: ne forte alijs predicans ipse reprobis efficiar. Ecce in afflictione corporis auiduum crucem carnis: nec in compassionem proximi audiam crucem mentis. At enim. Quis infirmatur: & ego non infirmor.

Quis scandalizatur: & ego non inuidor.

Perfectus quippe predicator ut exemplum daret abstinentie: crucem portabat in corpore: & quia in se trahebat dampna infirmitatis alienae: crucem portabat.

**Qui enim uoluerit in corde animam suam saluam facere: perdet eam. Qui autem perdidit animam suam propter me & euangelium: saluam eam faciet.**

Sic dicitur fidei. qui uoluerit animam suam saluam facere perdet eam: qui autem perdidit animam suam propter me & euangelium saluam eam faciet: ac si agricolae dicatur. Frumentum si seruas perdis: si seminans renouas. Quis enim nesciat quod frumentum cum in semine mittitur perit ab oculis. intra deficit. Sed unde putrescit in puluere: inde uiridescit in renouatione. Quia uero sancta ecclesia aliud tempus habet persecutionis atque aliud pacis: redemptor noster ipsa eius tempora designauit in preceptis. Nam persecutionis tempore ponenda est anima: pacis autem tempore ea que amplius dari possunt frui.



genda sunt desideria terrena.  
Unde & nunc dicitur:

**Q**uid enim perdet homini si lu-  
cretur mundum totum & detimen-  
tum faciat anime sue? Aut quid  
dabit homo mutationis pro-

**C**um persecutio anima sua.  
Ab adversariis deest: ualde in-  
gilanti cor custodiendum est. Nam  
tempore pacis quia licet uiuere:  
libet etiam ambire. Plerumque  
autem & auaritia uincimur: sed ad-  
huc obstat quod uias rectitudi-  
nis in minori custodia perfec-  
tionis tenemus. Nam sepe la-  
bentia cuncta despiciuntur: sed tam-  
adhuc humane uerecundie  
usu prepedimur. ut rectitudinem  
quam seruamus in mente. nondum  
exprimere ualeamus in uoce: et  
tanto dei faciem ad iusticie de-  
fensionem negligimus: quanto  
humanas facies contra iusticiam  
ueremus. Sed huic quoque uulneri  
congruum subiungitur medicamen-  
tum: cum dominus dicit.

**Q**ui enim me confusus fuit et  
mea uerba in generatione ista  
adultera & peccatrice: & filii homi-

nus confundet eum cum uenit in gloria  
patris sui cum angelis suis.

**S**ed ecce nunc apud se homines  
dicunt. Nos iam dominum & sermo-  
nes eius non erubescimus: quia apud  
eum uoce confitemur. Quibus ego re-  
spondeo: quia in hac plebe christiana  
sunt nonnulli. qui christum ideo confite-  
tur: quia cunctos christianos esse  
confiteuntur. Non ergo ad probationem  
fidei uox sufficit professionis: quam  
defendit a uerecundia professio  
generalitatis. Ut tamen ubi se quis-  
que interroget: ut in professione christi  
se ueraciter probet. si non iam nomen  
eius erubescit: si plene uirtuti  
mentis humanum pudorem sub-  
didit. Certe enim persecutionis  
tempore erubescere poterant fi-  
deles substantiis nudari: de-  
dignitatis deici: uerberibus af-  
fligi: pacis autem tempore quia hec  
a nostris persecutionibus desunt. est  
aliud ubi attendamus nobis.  
Veremur sepe a proximis despi-  
ci: dedignamur iniurias uerbi  
tolerare: si contingat iurgium for-  
tasse cum proximo. erubescimus pri-  
ores satisfacere. Cor quippe car-



nale dū hui' uite gl'am querit:  
humilitatē respuit.

**E**t dicebat illis. Amen dico uob. **IX.**  
quia sē quidā de hic stantib; q̄  
n̄ gustabūt mortē. donec uide-  
ant regnū dī ueniens iurture.

**R**egnū dei in hoc loco p̄sens  
eccl'a uocatur. Et quia nō nulli  
ex discipulis usq; ad eo in corpo-  
re erant uicturi ut eccl'am dī  
cōstructam aspiciēt. & contra  
hui' mundi gl'am erectam: con-  
solatoria p̄missione nē dicitur.

**S**t quidā de hic stantib; q̄ non  
gustabunt mortē: donec uide-  
ant regnū dei ueniens iurture.  
**S**; cū tanta dñs subeunde  
mortis p̄cepta ederet: qd̄ neces-  
sariū fuit. ut ad hanc subito  
p̄missionē ueniret. Qd̄ si sub-  
tilit̄ attendam: quanta disp̄-  
satione pietatis agat̄ agnosce-  
mus. Discipulis enī rudib; etiā  
de p̄senti uita aliquid p̄mitten-  
dū fuit: ut possent robusti in  
futa solidari. Sic isrlitico p̄plo  
ex egypti trā liberando. rep̄mis-  
sionis trā p̄mittit: & dū uocā-  
tus esset ad dona celestia. terre

nis p̄missionib; suadet. Vnde  
recte <sup>quoq;</sup> p̄psalmistā dicit. Dedit  
eis regiones gentiū. & labores po-  
puloꝝ possederūt: ut custodiant  
iustificationes ei'. & legem ei' re-  
quirant. Sic ḡ hoc loco rudib;  
discipulis ueritas loquens. uiden-  
dum regnū dei p̄mittit intra:  
ut hoc ab eis fidelius i celo pre-  
sumat. Quod si regnū dei i hac  
sententia futam incēlis beati-  
tudinē uelim' accipe: & hoc q̄da  
de astantib; n̄ post multos dies  
i monte uiderūt. Ad̄ pia utiq;  
p̄uisione factū est: ut ḡtempla-  
tione semp̄ manentis gaudi-  
tā & si raptim atq; ad breue  
momentū prelibata. forti' in-  
stantia sc̄li transeuntis aduer-  
sa tolerarent. Decentissimo sa-  
ne uerbo sc̄is mortē gustare  
testatur: a quib; nimirū mors  
corporis quasi libando gustat:  
uita uero anime ueracit̄ pos-  
sido tenetur.

**E**t post dies sex assumit ihs  
petrū & iacobū & iohannē. et  
duxit illos i montē excelsū se-  
orsū solos: & transfiguratus est  
i corā ipsis.



**I**n euanglio luce. ita scriptum est. Factum est post hec uerba fere dies octo. & assumpsit petrum & iacobum et iohannem. & ascendit in montem ut oraret. & cetera. Octauo autem die dominus promissam futuram beatitudinis gloriam discipulis manifestat. ut & ostensa celestis uite dulcedine. cunctorum que hec audire possint corda refoueat. & octonario dierum numero uerum tempore resurrectionis gaudium doceat esse uenturum. Nam & ipse octauo die id est post sextam sabbati qua crucem ascendit. ac septimam sabbati qua in sepulchro quieuit. a mortuis resurrexit. & nos post sex huius seculi etates in quibus peccato pati & laborare gaudemus. ac septimam sabbatis in animarum que interim in alia uita agitur. octaua profecto etate resurgemus. Nam quod matheus dominum marcusque post sex transfiguratum dicunt dies. nec temporis ordine. nec ratione mysterii discrepant a luca qui octo dies dicit.

quia illi medios tantum ponit dies. unde & absolute post sex dies factum commemorant. hic primum quo hec dominus promissit. & ultimum quo sua promissa compleuit adiungit. ideoque tempore fere dies octo ponit. & in ratione mystica illic post sex mundi etates sanctis ab omni labore quiescendum. hic uero tempore octauo designat esse resurgendum. Unde pulchre & sextus psalmus post octauo scribit. cuius initium est. domine ne in ira tua arguas me. quia nimirum post sex etates quibus operari licet. precibus est insistentium. ne in octauo retributionis tempore a iudice corripiamur irato. Ad & ipse dominus hoc loco uoluit nos ostendo sue orationis exemplo docere. de quo secundum lucam dicitur. quia ascendit in montem ut oraret. In monte namque oratur & transfiguratus sic ascendit. ut ostendat eos qui futurum tempus resurrectionis expectant. qui regem in decore suo uidere desiderant. mente in excelsis



habitare. & continuus p̄cib̄ in eū  
bere debere. Tres sc̄imodo disci  
pulos secū ducit. uel q̄a multi  
f̄ uocati pauci ū electi. uel q̄a  
in qui n̄e fidem qua imbuti f̄  
sc̄i trinitatis incorrupta men  
te seruauerint. t̄e eterna eius  
merentur uisione letari.

**E**t transfiguratus est in q̄t̄ co  
ram ipsis. & uestim̄ta ei facta  
f̄ splendentia & candida n̄m̄

**T**ransfiguratus. *S* uelut n̄r̄.

saluator n̄ substantiā uey car  
nis amisit. s; gl̄am future uel  
sue uel n̄r̄ resurrectionis os  
tendit. quia qualis t̄e apl̄is ap  
paruit. talis post iudiciū cūc̄  
tis apparebit electis. Nam in  
ipso tempore iudicandi. i bo  
nis simul & malis in forma ser  
ui uidebit̄. ut uidelicet impu  
quē spreuere. uidei quē nega  
uere. milites quē crucifixere.  
pilatus herodesq; quē iudica  
uere. queant agnoscere iudicē.  
Vestim̄ta autem d̄ni recte sc̄i  
eius accipiunt̄. teste ap̄lo qui  
ait. Quicūq; ergo baptizati  
estis. x̄pm induistis. Que ui

delicet uestim̄ta d̄no in terris cō  
sistente despecta aliozq; similia  
uidebant̄. s; ipso montē petente  
nouo candore refulgent. q̄a n̄e  
quidē filij sumus. s; nondū ap  
paruit qd̄ erim̄. Sc̄im̄ enī qm̄  
cū apparuerit similes ei  
erimus. uidebim̄ eū sicuti <sup>enim</sup> est.  
Vnde bene de eisdē uesti  
mentis subditur.

**Q**ualia fullo sup̄ terrā non po  
test candida facere.

**N**am quia ille hoc loco intelli  
gendus est fullo. quē penitens  
psalmista p̄catur. ampli' laua  
me ab inuistia mea & a delie  
to meo munda me. nō potest  
fuis fidelib; in t̄ra dare clarita  
tem quē eos conseruata manet.

**E**t apparuit illis *S* in celis.  
helyas cū moysē. & erant loq̄n  
tes cum ihesu.

**M**oyses & helyas quoz unū mor  
tuū. alt̄um in celis raptū legi  
mus. uisi in maiestate cū d̄no  
ut lucas scribit. fut̄am in illo  
omniū sc̄oz gl̄am significāt.  
q̄ uidelicet tempore iudicii uel  
uzui in carne repperiendi. uel



abolim gustata morte suscitandi. & parit̄ sunt regnati cū illo. **A**ttestante etenim paulo. mortui q̄ in xp̄o sunt resurgent p̄mi. deinde nos qui uiuim̄. qui relinqm̄. simul rapiem̄ cū illis in nubib; obuiam xp̄o iacra: & sic semp cū dño erimus. **A**lit̄. **M**oyse & helyas. hoc est legis lator: & pphetarū exim̄ apparent & locunt̄ cū dño in carne ueniente. ut ostendant ip̄m esse quē cuncta legis & pphetarū oracula p̄miserunt. **A**pparent aut̄ nō in uisib; s; in monte cū illo: quia nimirū soli illi qui mente terrena desideria transcendunt. maiestatem sc̄e scripturę que i dño est adimpleta p̄spiciunt. **V**eniq; & filij isrl̄ uidere moysen. s; ad dñm in montana subcuntē sequi n̄ merent̄. ad se quoq; reuersū non sine uelamine cernunt. **H**elyā nouere. s; solus triumphū ascendētis cū filijs p̄pharū contemplant̄ helyseus. quia multi passim sc̄pturę uerba legim̄. s; quam

celsa in xp̄i mysterijs splendeat p̄pauci perfectiores intelligunt.

**E**t respondens petrus. ait ihu. **R**abbi bonū est hic esse: & faciamus tā tabernacū: & unū. et moysi unū. & helye unū. Non enī sciebat quid diceret. **T**rant enim timore exterriti.

**Q**uanta felicitas uisioni deitatis int̄ angloꝝ choros adesse p̄petuo: si tantū transfigurata xp̄i humanitas duozq; societas sc̄oz ad punctū uisa delectat. ut eos ne discedant & obsequio petrus sistere uelit. qui & p̄ stupore humane fragilitatis nesciat q̄d dicat: in fiti tam̄ s; dat affectus iudiciū. **N**esciebat enī quid diceret. q̄ oblitus est regnū sc̄is a dño nō alicubi terrarū s; in celis eē p̄missū. nec recordat̄ est se suosq; coaptos mortali adhuc carne circumseptos i mortalitate uite statū subire n̄ posse. cui mente excesserat. q̄a in domo pat̄s qui in celis est. domū manu facta necessaria non sit. **S**; & usq; nē impit̄e p̄batur.



quisq; legi & pphetis & euangliis ta  
tabernacla facere cupit: cu hec  
na ab inuice nullaten ualeant  
separari. unu habentia taberna  
culu. hoc est eccliam dei. **S eos.**

**Et facta est nubes obumbrās**  
**Qui** materiale tabernaculu  
quesiuit. nubes umbracim ac  
cepit: ut discat i resurrectione  
n regimine domoz. s; spe sancti  
gla scis esse ptegendos: de qua  
psalmista. **Fili** aut hominu  
in ptectione alaru tuaz spera  
bunt. Et in apocalipsi sua io  
hannes. **Et** templu inqt n uidi  
lent dare. Quod autem dixit abiit ad summos sacerdotes ut proderet eum illis: ostendit eum non a principibus inuitatum: non ulla necessitate: sed strictum sponte propria scelerate mentis misse com-

**Q**ui audientes filios: et promiserunt ei pecuniam se daturus. Et querebat quomodo illi oportune

**M**ulti hodie iude tradunt scelus quia dominum ac magistrum dominumque suum pecunia uendiderit uelut immane et nefarium exhorrent: nec tamen cauent. Nam cum promissis: falsum contra quemlibet testimonium dicunt: profecto quia ueritatem pro pecunia negant. dominum pecunia uendunt. Ipse enim dixit. Ego sum ueritas. Cum societate fraternitatis aliqua discordie peste maculant: dominum perdunt. quia deus caritas est. Qui ergo caritatis et ueritatis iura spoliunt: dominum utique quod est caritas et ueritas perdunt. maxime cum non infirmitate uel ignorantia peccant: sed infirmitudinem iude querunt oportuni-



tate qualiter arbitris absentibus men-  
datio uirtute. uirtute crimine

**E**t primo die azimorum. *Imitentur  
quando pascha imolabatur. dicitur  
ei discipuli. Quo uis eam &  
parem & comedere pascha:*

**P**rimū diē azimorum quar-  
tūdecimū primū mensis  
appellat: quando fermento  
abiecto imolare id ē agnū  
occidē solebant ad uespam. Ad  
exponens apłs ait. Et enī pascha  
nōm imolatus est xpc. Qui li-  
cet die sequenti hoc ē quinta  
decima sit luna crucifixa: hac  
tam nocte qua agnus imolaba-  
tur. & carnis sanguinisq; sui  
discipulis tradidit mystia cele-  
branda. & a iudeis tentaculigat  
ē. ipsius imolationis hoc ē pas-  
sionis sue sacrauit exordium.

**E**t mittit duos ex discipulis  
& dicit eis. *Ite in ciuitate: et  
occurreret uob homo lagenam  
aque baulans.*

**I**nditiū quidē prescie diuini-  
tatis est: quia cū discipulis lo-  
quens. qđ alibi futurum sit nou.  
Pulchre autē paraturis pas-

cha discipulis homo lagenā siue  
iuxta aliū euangelistam amphoram  
aque baulans occurrit: ut ostē-  
datur huius pasche mystium pro  
ablutione perfecta mundi totū  
esse celebrandū. Aqua quippe laua-  
crū grē: legena fragilitatē eorū  
per quos eadē erat grā mundo  
ministranda. Unde autē. Ha-  
bemus autē thesaurū istū in ua-  
sis fictilibus. Parant igitur discipuli  
pascha ubi aque inferunt lague-  
na: ut adesse tempus insinuent  
quo cultoribus ueri pasche typic  
de limine ac postibus cruor au-  
ferat: & ad tollenda mundi  
crimina uiuifici fontis bap-  
tisma consecratur.

**S**equimini eū. *quicumque int-  
erit dicite dño domi. qđ ma-  
gister dicit. Vbi est refectio  
mea ubi cū discipulis meis pas-  
cha manducem.*

**C**onsulte siue aque bauli  
seu dñi domi sunt premissa  
uocabula: ut omnibus uerū pas-  
cha celebrare uolentibus hoc ē  
xpi sacramentis imbui. eūq; sus-  
ceptis hospitio suscipe que



rentib; facultat' danda signet.

**E**t ipse uobis demonstrabit cenaculum grande stratum: & ibi parate nobis & cetera.

**C**enaculum magnū lex spūalis est: que de angustis littē egrediens. ī sublimi loco recipit saluatōrē. Nam q̄ adhuc occidentem littām seruauit. q̄ n̄ aliud magno qm̄ pecus intellexerit. iste nimirū in ymis pascha fac. q̄a maiestātē sp̄e in uerbis dī ophendē necdū didicit. At q̄ aque bāuū hoc est gr̄e precōnem ī domū ecclēe fuit secutus. hic p̄ sp̄m illustrantē sup̄ficiē litē transcendēdo ī alto montis solatio xp̄o refectionē preparat: quia cuncta uel pasche sacramta uel cetera legis decta eius eē sacramta cognoscit.

**V**espere autē facto uenit cū duodecim. Et discubentib; eis et manducantib;: ait ih̄c. Amen dico uob;: quia unus ex uobis me tradet. q̄ manducat mecum.

**Q**ui de passione p̄dixerat. de p̄ditore p̄dicit dans locum penitētiē: ut cū intellexisset

seiri cogitationes suas. & occulta cōsilia penitere facti sui: itam̄ nō designat sp̄cialit̄. ne manifeste coargutus impudentior fieret. Mittit ēmen ī numō: ut agat osecus penitentiā.

**A**t illi cepunt ostarari: idicē ei singillatī. Nunquid ego.

**E**t certe nouant undecim apli qd̄ nichil tale cont̄ d̄m cogitarent. s; plus credit magist̄ qm̄ s; & timentes fragilitatem suā tristes int̄rogant de peccato cui cōscientiā n̄ habebant.

**Q**ui ait illis. Unus ex duodecim: qui intingit mecum manū in

**O**mnia d̄ni p̄o **S**catino. tentia. Primū dixerat unus ex uob; me tradet. p̄seuerat traditor in malo. manifesti arguit. & tam̄ nom̄ p̄p̄um nō designat. Judas ceteris cont̄statis. ī re trahentib; manū. & int̄dicentib; cibos ori suo? temeritate ī impudentia qua p̄ditur' erat. & manū cū magistro mittit ī catino. ut audacia bonā conscientiam mentiretur.

**E**t filius quidē hominis ua



*dit sic scriptum est de eo: ut autem ho-*  
*mini illi propter quod filii hominis tradet.*

**N**ec primo nec secundo correptus a pro-  
dicatione retrahit pedem: sed patien-  
tia domini nutrit impudentiam suam.  
& thesaurizat sibi uanam in die ire.  
Penam predictam: ut quem pudor  
non uicerat. corrigant denuntia-  
ta supplicia. Sed & hodie quoque &  
in sempiternum ue illi homini qui  
ad mensam domini maligni accedit.  
qui insidijs mente conditis. qui procor-  
dis aliquo scelere polluitis. myste-  
riorum christi oblationibus sacris scis par-  
ticipari non metuit. Et ille enim  
exemplo iudei filium hominis tra-  
dit: non quidem iudeis peccatoribus;  
sed tam peccatoribus membris uidelicet  
suis: quibus illud inestimabile & in-  
uolabile domini corporis ac san-  
guinis sacramentum temerare pre-  
sumit. Ille dominum uendit: qui  
ei timore atque amore neglecto.  
trena pro illo & caduca imo etiam  
inermis diligere & curare quum  
**C**onum est ei si non. Sicutur:  
*esset natus homo ille.*  
**N**on ideo putandum est ante fu-  
isse quam nasceretur. quia nulli

possit esse bene nisi ei qui fuerit: sed  
simplicitate dictum est. multo melius  
est non subsistere. quam male subsistere.

**E**t manducantibus illis accepit  
ihesu panem & benedixit fregit et  
dedit eis & ait. Sumite hoc est

**F**initis pasche. **C**orpus meum.  
Fuetis sollempniter que in memo-  
ratione antique de egypto li-  
berationis populi dei agebantur.  
transiit ad nouum quod insue re-  
demptionis memoriam ecclesiam  
frequenter uolebat. ut uideli-  
cet pro carne agni ac sanguine.  
sui corporis sanguis que sacramentum  
substitueret. ipsumque se esse monstra-  
ret. cui iurauit dominus & non peni-  
tebit eum. tu es sacerdos in eternum  
secundum ordinem melchisedech. Fra-  
git autem ipse panem quem discipulis  
porrigit. ut ostendat corporis  
sui fractionem non absque sua spore  
ac percussione uenturam. sed  
sic alibi dicit. potestatem se ha-  
bere ponendi animam suam. et  
potestatem se habere iterum sumen-  
di eam. Quem uidelicet panem cer-  
ti que gratia sacramenti propter quam fran-  
geret benedixit. quia naturam



humanā quā passurus assūpsit. ipse una cū patre & spū scō grā diuine uirtutis impleuit. **B**enedixit panē & fregit: quā hominē assumptū ita morti subdere dignat' est. ut ei diuine immortalitatis ueracit' in eē potentiā demonstrare: idōq; uelocius eū a morte resuscitandū esse doceret.

**E**t accepto calice grās agens dedit eis: & bibunt ex illo omīs.

**C**ū appropinquare passioni dicit: accepto pane grās egisse prohibet. Grās itaq; agit. q̄ flagella aliene iniquitatis suscipit: & qui nichil dignū percussioni exhibuit. humilit' in percussioe benedic': ut hinc uidelicet ostendat qd unq̄sq; in flagello culpe pprie facere debeat. si ipse equanimit' flagella culpe portat aliene: ut hinc ostendat qd incorreptione faciat subdit': si in flagello positus pat' grās agit eq̄li.

**E**t ait illis. Hic ē sanguis mē noui testamēti. q̄ p multis effū-

**Q**uia panis corpus & dicitur. & firmat. uinū ū sanguinem

opatur in carne: hic ad corpus xp̄i mystice. illud refert' ad sanguinē. Verū quia nos in xp̄o & in nob' xp̄m manē oportet. uinū dñici calicis aqua miscet'. Attestante enī iohanne. aque ppli sunt. & neq; aqm sola neq; solū uinū. sicut nec grū frumenti solū sine aque admixtione & cōfectione in panē licet offerre. ne talis uidelicet oblatio quasi caput amēb' secernendū eē significet. uel xp̄m sine nr̄e redemptionis amore pati uoluisse. uel nos sine illi' passioe saluari ac pat' offerri posse n̄ fingat. Ad autē dicit hic est sanguis meus noui testamēti: addi' functionē respicit uetis testamēti. qd hyrcorū & uiculorū est sanguine dedicatū. dicente in t' aspgendū legis latore. Hic ē sanguis testamēti qd mandauit ad uos d's. Necessē ē enī exemplaria quidē uerorū his mūdari: ipsa autē celestia meliorib; hostijs qm istis: iuxta qd ap̄ls p totā ad ebreos eplam inter legē distinguēs & eugl'm. pul-



cherrima expositione ac plena  
ratione declarat.

**A**men dico uobis. qđ iam nō  
bibā de gemmine uitis. usq; ī  
diem illū cū illud bibā nouū  
in regno dei.

**V**item siue uinea dñi appella  
tam ēē synagogā & omīs spar  
sim sc̄ptura. & aptius testatur  
ysaias in cantico de illa canta  
to. uinea inueniens dñi saba  
oth dom' isrl' est. De qua num  
rum dñs uinea multo temp'r  
bibit. qm̄uis pluribus ramis  
ī amaritudinē uitis aliene cō  
uersis. qđ tam & si multis ī illa  
plebe exorbitantib; a recto fidi  
tine. n̄ defuere plurimi toto  
legis temp'r. quoz p̄s cogitati  
onib; sūmisq; ututib; delecta  
ret' d's. Verū passo ī carne dño  
ac resurgente a mortuis. temp'  
fuit ut legalis illa & figuralis  
observatio cessare. atq; ea que  
scđm litteram gerebant. in spū  
alem translata sensū. meli' ī  
nouo testam̄to iuuante sp̄e  
sc̄i grā tenent. Iturus ḡ ad  
passionē dñs ait. Iam n̄ bibā

de gemmine uitis usq; ī diē illū  
cū illud bibā nouū in regno di.

Ac si apte dicat. Non ul' car  
nalib; synagoge ceremonis  
delectabor. inq; etiā ista pas

chalis agni sacra locū tenu  
ere p̄cipuū. Adert enī temp'  
me' resurrectionis. adert il  
le dies cū ipse in regno di posi  
tus. id est glā uite ī mortalis  
sublimat'. de salute eidē p̄h  
fonte grē spūalis regenerati.  
nouo uobiscū gaudio p̄fugar.

**E**t ymno dicto: erierit in  
**H**oc est qđ ī monte oliuarū  
in psalmo legim'. Edent pau  
peres & saturabunt'. & lauda  
bunt dñm q̄ requir' eū. Potest  
aut' ymn' ille intelligi. quē  
dñs scđm iohem pat' grās agēs  
decantabat. inq; & p̄ se ipō &  
p̄ discipulis & p̄ eis qui puerbu  
eoz crediti erant. eleuati sur  
sum oculis p̄cabat'. Et pulchre  
discipulos sacram̄tis sui cor  
poris & sanguinis imbutos. &  
ymno pie intressioneis patri  
m̄datos ī montē educit oli  
uarū. ut typice designet nos



pacceptionē sacramentoz suoz p q;  
opem sue intercessionis ad altiora  
ūtutū dona & carismata scī sps  
quib; in corde pungam̄ & scen-

**E**t ait eis ihc. **S**dere debere.

**O**m̄s scandalizabimini in nocte

**P**redictit qd passiuri **I**sta.

**f**ē: ut cū passi fiunt nō despe-  
rent salutē. s; agentes penitē-  
tiā liberent. **E**t signanter ad-  
didit. in nocte ista scandaliza-  
bimini: qā quom̄ qui iebriant  
nocte iebriant: sic i q̄ scanda-  
lum patiunt. in nocte & tene-  
bris sustinet. **H**os ū dicamus.

**N**ox p̄terit: dies autē app̄pin-

**Q**uia sc̄ptū est. **I**quaui.

**P**ecutiā pastore. & dispergentur

**H**oc alijs uerbis in za **O**ues.  
charia p̄pha sc̄ptum est: & ni-  
fallor ex p̄sona p̄phete addō  
dicit. **P**ecute pastore. & disper-  
gentur oues: sexagesimo q̄q;  
octauo psalmo q̄ tot' ad̄no ca-  
nitur. huic sensui & gr̄uente:  
qm̄ quē tu p̄cussisti p̄secuti  
fē. **P**ecutit autē pastor bonus  
ut ponat animā pouib; suis:  
& de multis gregib; erroz. fiat

unus grex & unus pastor.

**P**etrus autē ait ei. **E**t si omnes  
scandalizati fiunt: s; nō ego.

**N**on est remitas nec menda-  
tium. sed fides est apli petri:  
& ardens affectus erga d̄m sal-

**E**t ait illi ihc. **S**uatore.

**A**m̄ dico t̄. quia tu hodie in  
nocte hac p̄us quā gallus bis  
uocē dedit. ter me es negatur?

**P**etrus de ardore fidei pro-  
mittebat: & saluator q̄si d̄s  
futū nouiat. **E**t nota qā petr' in  
nocte neget. & neget tercio.  
**P**ostquā autē gallus cecinit &  
decrep̄centib; teneb; uicina  
lux nuntiata ē! & uers' fleuit  
amaryster. negationis sordes  
lacrimis lauans. **N**on ē sane  
arbitrandū esse & trarū quod  
marco dicente p̄us qm̄ gallus  
bis uocē dedit. ter me es nega-  
turus? ceti eugl̄ste simplici-  
dixerūt. p̄us quā gallus canter-  
ter me negabis. **T**ota enī pet̄  
negatio. trina negatio ē. **I**n  
eādē namq; negatiōe p̄mā  
sit animi p̄positoq; mendati:  
donec ad̄monit' qd ei p̄dictū



fit amaro fletu ⁊ cordis dolore sanaretur. **H**ec autē tota id est trina negatio si post primū gallicā tum incipet: falsū dixisse uiderent tres qui dixunt dixisse dñm. q̄a ante qm̄ gall' cantet ter eū petrus esset negaturus. **R**urs' si totā trinā negationē ante p̄gisset qm̄ cantare gall' incipet: sup̄fluo dixisse mare dephēderetur ex p̄sona dñi. **A**m̄ dico t̄ quia tu hodie in nocte hac p̄us qm̄ bis gallus uocē dedit ter me es negaturus. **S** q̄a ante primū gallicantū cepta est illa t̄na negatio: attenderunt illi tres nō quando eā impletur' ess; petrus. s; quādo futura ess; / quā qm̄ in animo ei' & ante primū gallicantū tota possit intelligi. **Q**uāuis enī uerbis negantis ante primū cepta: ante scđm autē gallicā tū p̄acta sit tota illa t̄na negatio: tamē effectione animi ⁊ timore pet̄ ante primū tota cepta ē. **N**ec inter est quātis moray inuallis t̄na uoce enuntjata sit: cū cor ei' & ante

primū gallicantū tota possideret: tam magna scilicet formidine īibita. ut posset dñm n̄ solū semel s; itūm ⁊ tercio interrogatus negare: ut rectius diligent' q; attendentib; qm̄ iam mechāt est mulierē in corde suo qui eā uidit ad cōcupiscendū. sic pet̄ quando cūq; uerbis edere timorem. quē tam uehementē animo ceptat ut p̄durare posset usq; ad terciā dñi negationē: tota t̄na negatio ei tempore deputanda ē. quando eū trine negationi sufficiens timor iua. **E**t uenit in p̄diū **S**it. **cui nomen gethsemani.** **M**onstratur usq; hodie loc' gethsemani ī quo dñs orauit ad radices montis olueti. nē ecclā desup edificata. **I**nt̄pretatur autē gethsemanus: uallis pinguiū siue pinguedinū. **A**d uero n̄ solū dicta uel opa nri saluatoris. uerū etiā loca ⁊ tempora in q̄b; opat' & loquit' mysticis ut sepe dictū est sunt plena figuris: cū in monte orat dñs. quasi tacite nos



admonet. sublimia tantū orādo inquire. & p̄celestib; bonis supplicare debere. **A**t cū in ualle orat. & hoc in ualle pinguiū siue pinguedinū. ipsi' eque insinuat nobis humilitatē semp inorationib;. & interne pinguedinē dilectionis eē seruandā. ne qui uidelicet orans dñm. iactare sua m̄ta in exemplū pharisei supbientis audeat. quin poti' humili uoce ac m̄te p̄clamet. d̄s p̄piti' esto m̄ peccatorū. ne aridū a dilectiōe p̄ximi cor gestans. ad placandā s̄ conditoris grām genu flectat. iuxta eū q̄ centū denarios fr̄i quos s̄ debebat dimitte nolens. decem milia talenta s̄ ad n̄o frustra p̄cabatur remitti. ne ieiunū ab amore d̄ditens pecc' habens. temporalia quelibet poti' in oratione qm̄ ei' uisionē requirat. & a numerand' meis de quib' ait ipse. quia recipunt mercedē suā. **I**nimmo q̄ppe cogitationē ponere. quid ē aliud qm̄ quedam ariditas m̄tis. **Q**ui autē intellectu celestiuū iam p̄scā

desidia desup delectatiōis inty me cibo pascunt'. quasi largiori alim̄to pinguescēt. **H**ac enim pinguedine sagnari psalmista cōcupierat. cū dicebat **S**icut adipe & pinguedine repleatur anima mea. **Q**uantū ū ad ipsā dñice dispensationē passioni p̄tinet. apte app̄pians mortidñs in ualle pinguedinis orauit. quia p̄ ualle humilitatis & pinguedinē caritatis p̄ nob' mortē subyt. **H**umiliaū enī semetipm̄ fact' obediens pat' usq; ad mortē. & maiore hac dilectionē. <sup>nemo</sup> habet. ut animā suam ponat q̄s p̄ amicis suis.

**E**t assumit petrū & iacobū & iohannē secum. & cepit pauere. & redere. & ait illis. **T**ristis ē anima mea:

**G**umet xpc'. **I**usq; ad mortē. cū petrus n̄ timeat. **P**etri' dicit. animā meā pono p̄te. xpc' diō. anima mea turbat'. **U**trumq; uerū est & plenū ratione. q̄a & ille qui ē inferior nō timet. & ille q̄ est superior gerit timentis affectū. **I**lle enī quasi homo uī mortis ignorat. iste autē quasi



ds in corpore constitutus fragilitatem  
carnis exponit. ut eorum qui  
sacramentum incarnationis ab  
iurant excludetur impietas.  
**V**enique hoc dixit. et manicheus  
non credit. ualentinus negauit.  
marcion fantasma iudicauit.  
eius usque autem hominem quem ueri  
tate corporis demonstrabat. e  
quabat affectum ut dicitur. sed  
tamen non sicut ego uolo sed sicut  
tu uis. **S**uscepit ergo uoluntatem  
meam. suscepit tristitiam meam.  
**C**onfidentem tristitiam nomino.  
quia crucem predicco. **M**ea est  
uoluntas quam suam dixit. quia  
ut homo suscepit tristitiam meam.  
ut homo locutus est. et ideo ait.  
non sicut ego uolo. sed sicut tu uis.  
**M**ea est tristitia. quam meum sus  
cepit affectu. **E**rgo pro me doli  
uit quod pro se nichil habuit quod do  
leret. et sequestrata delectati  
one diuinitatis eterne. tedio  
meum infirmitatis afficitur.  
**T**ristis est inquit anima mea us  
que ad mortem. **N**on propter mortem  
tristis est dominus. quia eius conditio  
corporalis affectus non formido

mortis offendit. **N**am quod corpus  
suscepit. omnia debuit subire quod  
corporis se. ut esuriret. sitire.  
angetur. constaret. diuini  
tas autem immutari potest nescit.

**S**ustinete hic. **S** affectus.  
**et uigilate. Et cum processisset paulu  
lulum. procidit super terram.**

**Q**uod precepit. sustinete hic. et  
uigilate. non a somno prohibet  
cuius tempus non erat imminente  
discimine. sed a somno in fidei  
tatis. et torpore mentis. **D**ato  
autem eis precepto ut sustinerent  
uigilarentque secum paululum.  
procidit ruit in faciem suam. et  
humilitatem mentis. habitu  
carnis ostendit.

**E**t orabat ut si fieri posset  
transiret ab eo hora. et dixit.  
**Abba pater omnia tibi possibilia  
sunt. transfer calicem hunc a me.**

**Q**uid erat illa uox nisi somni in  
firmitatis nostre. **M**ulti adhuc  
infirmi constant futura morte.  
sed habent rectum cor. **V**itent  
mortem quantum possunt. sed  
non possunt. dicant quod ipse dominus.  
non propter se dixit. sed propter nos



dixit. Quid enī dixit: Pat̄ si fieri potest: transeat a me calix iste. Ecce habes uoluntatē humanā expressā: uide iā rectū

**S**ed n̄ qđ ego uolo: s; **1** cor: quod tu.

**N**on ueni inquit facere uoluntatē meā: s; uoluntatē eius qui misit me.

**S**uā uoluntatē dixit quam temporalit̄ sumpsit ex uirgine: uoluntatē ū ei qui eū misit. eā uidelicet signās qm̄ in temporalit̄ etern̄ habuit cū patre & unū. Orat transire calicē. ut ostendat uere quod homo erat: reminiscens aut̄ & p̄t̄ quod missus ē. p̄fic̄ dispensationē ad qm̄ missus est. & clamat: s; n̄ quod ego uolo. s; qđ tu. **S**i morit̄ mors me n̄ moriente scđm carnē uidelicet. transeat a me calix.

**V**erū quia n̄ aliter hoc fiet. ait. n̄ qđ ego uolo s; quod tu.

**Q**uā aut̄ patrē inuocans duplici nomine dicit. abba pater: utriq; ppli illū & iudei scilicet & gentilis dñm eē ac saluatōrē ostendit. **I**dē namq; qđ

& pat̄ significat: s; abba ebreū. pater grecū est & latinū. **U**t ergo utrumq; pplm̄ meū crediturū & ab utroq; inuocandū eē doceret: utraq; lingua eū p̄m̄ ipse inuocat. **I**pse enī bon̄ pastor qui animā suā dando p̄ ouib; suis. unū de duob; gregibus ouile p̄ficit. idōq; uoce gregis auxiliū pat̄s flagitat. ut nos utriq; exemplo illi informati. ubi aduersa imminere senserim̄. nos patrē dñm. ebrej abba inuocantes. una fidei & caritatis deuotione p̄sidiū celeste queram̄. **U**nde doctor egregī formā docendi a dño sumens: ita suos alloquit̄ auditores. **A**ccepistis sp̄m̄ adoptionis filioꝝ in q̄ clamam̄ abba pat̄: abba nimirū illi q̄ de israhelitico p̄plo. nos pat̄ qui de gentib; ad fidem xp̄i uenim̄.

**E**t uenit & inuenit eos dormientes. **E**t ait pet̄. **S**ymon dormis. **N**on potuisti una

**h**ora uigilare. **I**lle qui sup̄ dixerat. & si om̄s scandalizati fuerint. ego nūq̄.



scandalizabor: ne tunc mag-  
nitudine somni uincere non po-

**U**igilate & orate. **S** test:  
**ut non intretis in temptationem.**

**I**mpossibile est humanam animam  
non temptari. Unde & in oratione  
dominica dicimus: ne nos inducas  
in temptationem: quoniam ferre non pos-  
sumus humanam uidelicet que est  
carnis: & diuinam que est deitatis:  
humanas uoluntates non temp-  
tationem penitus resistentes: sed  
uires sustinendi in temptationibus;  
deprecantes. Ergo & in presentia  
non ait: uigilate & orate ne  
temptemini: sed ne intretis in  
temptationem: hoc est ne tempta-  
tio uos super ultima & in finem  
os casses teneat. Verbi gratia  
Martyr qui per confessionem domini  
sanguinem fudit: temptatur quod est  
est: sed temptationis rebus non li-  
gatus: qui autem negat: in plagas  
temptationis incurrit.

**S**piritus quidem promptus: caro uero in  
**H**oc aduersum te me. **S** firma  
rarios dictum est: qui quicquid cre-  
didunt putant se posse consequi.  
Itaque quantum de ardore mentis

offidum: tantum de carnis fragili-  
tate timeam: sed tamen iuxta apo-  
stolum: spiritus carnis opera mortificantur.  
facit hic locus & aduersum euti-  
cianos: qui dicunt unam in media-  
torem dei & hominum domino & salua-  
torem nostram operationem: unam fuisse  
uoluntatem. Cum enim dicit: spiritus  
quidem promptus: caro uero infirma: propter  
infirmitatem carnis recusat  
passionem: diuina autem eius est promp-  
tissima: quoniam formidare quidem  
in passione humane fragilitatis  
est: suscipere autem dispensatio-  
nem passionis: diuine uolun-  
tatis atque uirtutis est.

**E**t tertium abiens: orauit eundem  
sermonem dicens. **Et reuersus de-  
nuo: inuenit eos dormientes.**

**S**olus orat pro omnibus: sicut et sol  
patitur pro uersis. Langues-  
cebant autem & opprimebantur apostolorum  
oculi: negatione uicina.

**E**t uenit tertio: & ait illis.  
Dormite iam: & requiescite. Suf-  
ficient. Venit hora: ecce tradetur  
filius hominis in manus peccatorum.

**C**um dixisset dormite iam & re-  
quiescite: & adiungit: sufficient.



ac deinde inferret. uenit hora  
 ecce tradet filius hominis: uti  
 q; intelligit post illud qd eis dic-  
 tum e dormite & reuescite. si  
 liuisse dnm aliquantū ut hoc  
 fieri qd pmiserat. i tē intulit  
 se ecce appropinquabit hora siue  
 uenit hora. ideo post illa uerba  
 positū est suffic. id e qd reque-  
 uistis, suffic. **S;** quia memora-  
 ta ipsa n̄ est inpositio silentij  
 dñi. p̄pterea coartat intellectū.  
 ut in illis uerbis alia pnuntia-  
 tio requiratur. **I**ppe est.

**Surgite eam. Ecce q me tradet.**

**P**ostquā tercio orauit. et  
 ap̄loꝝ timorē sequenti <sup>penitentiā</sup> ipetra-  
 uerat corrigendū. securus de pas-  
 sione sua p̄git ad p̄secutores.  
 & ultro se int̄ficiendū prebet.  
 dicitq; discipulis. surgite eam.  
 ecce q me tradet ippe est. Non  
 nos inueniāt quasi timentes  
 & retractantes. ultro p̄gamus  
 ad mortē. ut ofidentia & gau-  
 diū passuri uideant.

**D**ederat aut traditor ei sig-  
 nū eis dicens. Quēcumq; oscu-  
 latus fuero ipse e: tenete eū.

**caute ducite. Et cū uenisset.**  
**statim accedens ad eū. ait. Rabbi**  
**Et osculatus est eum.**

**I**mpudens quidē & scelata cōfi-  
 dentia. magistrū uocare. & oscu-  
 lū ei ingerere quē tradebat. ta-  
 men adhuc aliquid habet de  
 uerecundia discipuli. cū non  
 eū palam tradidit p̄secutorib;.  
 s; p̄ signū osculi. **S**uscepit autē  
 dñs osculū traditoris. nō quo  
 simulare nos doceat. s; ne p̄di-  
 tionē fugere uideat. simul  
 & illud dauidicū complens. cum  
 his qui odunt pacē erā pacificus.

**U**nus autē quidā de circūstan-  
 tib; educens gladiū percussit  
 seruū summj sac̄dotis. & ampu-  
 tauit illi auriculam.

**P**etrus hoc fecit ut iohannes  
 eughista declarat: eodē numi-  
 rum mentis ardore quo cetera  
 fecat. **S**ciebat enī quom̄ sine  
 ei puniendo sac̄legos. mercede  
 iusticie & sacerdotij pennis ac-  
 cept. **L**ucas autē addidit. quia  
 dñs tangens auriculam serui.  
 sanauit eū. Nunquā ḡ pieta-  
 tis sue dñs obliuiscit. qui e



hostes suos n̄ patitur uulnerari;  
**I**lli iusto mortē inferunt. ipse  
p̄secutorū uuln̄a sanat. mystice  
docens & eos qui in sue mortis  
sensione uuln̄ anime p̄tulerant.  
si fructū penitentie faciēt dig  
nū. salutē posse p̄mereri.

**E**t respondens ih̄e ait illis. Tan  
quā ad latronē exitis cū gladij  
uigilis cōphēdē me. Cotidie  
eram apud uos in templo docēs.  
& n̄ me tenuistis.

**S**ultū est inquit eū cū gla  
dijs & fistib; querere. q̄ ultro  
se uirū tradat manib;. ī inoe  
te quasi latitantē & uirōs oculos  
declinantē p̄ p̄ditore muesti  
gare qui cotidie in templo do  
ceat. **S;** idō aduersū me in te  
nebris gregamini. q̄a potestas  
uirā in tenebris est.

**Q**uic discipuli eius relinquen  
tes eū. omnes fugerunt.

**I**mpletur sermo dñi quo dixat.  
qđ omnes discipuli scandaliza  
rent in illo in ipsa nocte. Nam  
& si turba p̄mittente ad petici  
onē dñi fugerunt ut iohanes  
scribit. pauorē tam ac timi

ditatē sue mentis ostendebant.  
qđ ad fugę p̄sidiū promptiores. q̄  
ad fidutiā patiendi cū dñō exite.

**A**dolens autē qđa **S**rant.  
sequebat eū amictus sindone sup  
nudo. & tenuerit eū. At ille re  
iecta sindone. nudus p̄fugit ab eis.

**Q**uod ait amictus sup nudo  
subaudit corpore. id ē corpore  
sup nudo. quia n̄ aliud iduū  
quā solam habebat sindonē.  
Quis autē fuerit iste adolescēs.  
euglīsta nō dicit. Quisq̄s uero  
fuit. maiorē in se quā in ceteris  
amorē dñi p̄mansisse p̄bat.  
qui illis iā fugientib; ipse do  
nec ab hostib; cōphēderetur  
uinculo caritatis attractus eum  
p̄sequi n̄ omisit. quāuis needū  
p̄fectam habuit caritatē. qui a  
comitatu saluatoris uel tentus  
p̄fugere potuit. q̄a sic p̄fecta ca  
ritas foras mittit timorē. ita  
timor mentē obsidens imperfec  
tam arguit caritatē. **S;** notā  
dñi sollerē qđ de hoc adolescē  
te scribens euglīsta. n̄ ait quia  
fugit a comitatu dñi. uel fugit  
a sequendo dñm. s; reiecta iqt



sindone: nudus profugit ab eis. Fu-  
 git enim ab hostibus; quorum & presentiam  
 detestabatur & facta: non autem fugit  
 ad domino salutatore suo ac ma-  
 gistro: cuius amore etiam corpore  
 absens fixum in corde servavit.  
**H**unc adolescentem iacobum fuisse  
 fratrem domini. beatus iheronimus dicit.  
**N**ec aliquid uetat intelligi io-  
 hannem hunc fuisse adolescentem.  
 dilectum precetur magistro disci-  
 pulum. Nam nullum eo tempore  
 fuisse adolescentem. longa post  
 hec in carne uita eius inditio  
 est. Potuit enim fieri. ut ad ho-  
 ram tenentium manibus elapsus.  
 mox resumpto indumento redi-  
 erit. & sub dubia noctis luce  
 se se turbis ducentium ihesum  
 quasi unum de ipsis immiscuerit.  
 donec ad altum pontificis cui  
 erat notus perueniret. iuxta quod  
 in suo ipse euangelio commemorat.  
**S**ic autem petrus qui culpam  
 negationis penitentiae lacrimis  
 abluit. & confessione dominici amo-  
 ris funditus extirpauit. recu-  
 perationem ostendit eorum qui in  
 martyrio labuntur: ita ceteri

discipuli qui articulum prophetio-  
 nis fugiendo perueniant. caute-  
 lam fugiendi docent eos qui  
 se minus idoneos ad toleranda  
 supplicia sentiunt. quibus tutius  
 est multo pericula latebrarum petere.  
 quam se se discrimini certaminum  
 exponere. Ita etiam iste adolescentis  
 qui reiecta sindone nudus profu-  
 git ab impijs. illoz & opus de-  
 signat. & animam. qui ut secu-  
 riores ab incursum hostium fiat.  
 quicquid in hoc mundo posside-  
 uident abiciunt. ac nudi po-  
 tius domino famulari. quam adhe-  
 rendo mundi rebus; materiam  
 temptandi atque a deo reuocandi  
 aduersarijs dare didicerunt.  
 iuxta exemplum beati ioseph  
 qui relicto in manibus adulterum  
 pallio foras exiit. malens  
 deo nudus quam inducis cupidi-  
 tatibus mundi meretrici ser-  
 uari.  
**E**t adduxerunt ihesum sive  
 ad summum sacerdotem.  
**S**ummum sacerdotem caypha  
 significat. qui sic euangelista io-  
 hannes scribit. erat ponti-  
 fex anni illius. de quo & sententia



testatur iosephus. q̄a pontifica  
tū s̄ absq; m̄ito dignitatis eme  
rit a p̄ncipe romano. Non ḡ  
mirū est: si iniquus pontifex  
iniquē iudicat.

**P**etrus autē a longe secut' est  
eū: usq; in atriū sūmū sac̄dotis.

**M**erito a longe sequebatur:  
q̄ iam p̄ximo negaturus erat.  
Neq; enī negare posset: si xp̄o  
p̄xim' adhesisset. Verū in hoc  
maxima nobis est admiratio  
ne uenīand': q̄a d̄nm nō reli  
quit etiā cū timet. Q̄d enim  
timet nature ē: quod sequit'  
deuotionis: q̄d negat obrepti  
onis: q̄d penitet fidi. **Aliter:**  
Q̄d ad passionē euntē d̄nm  
a longe sequit' petrus. signifi  
cabat eccl̄am secutāam quidē.  
hoc est imitatāam passionē d̄ni:  
s; longe different. Eccl̄a enim  
p̄se patitur: at ille p̄ eccl̄esia.

**E**t sedebat cū ministris:  
& calefaciebat se ad ignem.

**E**st dilectionis ignis: ē i cu  
piditatis. De hoc d̄r. ignē ue  
ni mittē in t̄ram. & q̄d uolo n̄  
ut ardeat: de illo. om̄s adul

terantes uelut clyban' corda eoz.  
**I**ste sup̄ credentes in cenaculo  
syon descendēs. uariis linguis  
d̄m laudare docuit: ille iam  
in atriō cayphe instinctu ma  
ligni sp̄e accens'. ad negandū  
ac blasphemandū d̄nm noxiā  
p̄fidoz linguas armabat. Q̄d  
intus in domo p̄ncipis sacer  
dotū synodus maligna gere  
bat: hoc ignis in atriō foris in  
ter frigora noctis martialiter  
accens'. typicē p̄monstrabat.  
Quicūq; ḡ uitiosū noxiūq; in se  
extinguit icendū: potest dicē  
cū p̄pha d̄no. Quia fact' sū sic  
uter in pruina: iustificatiōes  
tuas n̄ sū oblitus. **I**n q̄b̄cumq;  
autē flāmā caritatis turbida  
uitioz flumina obruerit: au  
diunt a d̄no. **Q**m̄ abundauit  
iniquitas: refrigescet caritas  
multoz. Quo frigore torpen'  
ad horā ap̄ls petrus. q̄si pru  
nis ministroz cayphe calefie  
ri cupiebat: quia temporale  
ḡmodi solatiū p̄fidoz socie  
tate querebat. S; n̄ mora  
respectus a d̄no. cū ignē pra



uorū corpore tū infide-  
 litatē <sup>corde</sup> mente reliq̄t: cū  
 post resurrectionē dñi scō igne  
 recreat. fundit excessū trine  
 negationis. t̄na dilectionis cō-  
 fessione purgavit. Tē etenī  
 gpleta illa memorabili pisciū  
 captura. cū ueniret ad dñm.  
 uidit cū discipulis suis prunā  
 positā ⁊ piscē suppositū et  
 panē: marq; uidens sui cordis  
 archana. prunis inflamauit

**E**t quidā sur- **S**anoris.  
 gentes falsū testimoniū fere-  
 bant aduersus eū dicentes:  
 qm̄ nos audiuim⁹ eū dicentē.  
 ego dissoluā templū hoc ma-  
 nufactū: ⁊ p̄ t̄duū aliud nō  
 manufactū edificabo.

**Q**uom̄ falsi testes s̄t. si ea dicit  
 que dñm dixisse legim⁹: Sed  
 falsus testis ē: qui n̄ eodē sen-  
 su dicta intelligit q̄ dicunt.  
 Dñs enī dixerat de templo cor-  
 poris sui. **S**; ⁊ in ipsis uerbis  
 calumpniant: ⁊ paucis ad di-  
 tis uel mutatis. q̄si uisā ca-  
 lumpniā faciunt. **S**aluator  
 dixat. soluite templū hoc

isti gmutant ⁊ auūt. ego dissol-  
 uā templū hoc manufactum.  
 Vos inquit soluite n̄ ego: q̄  
 illicitū est ut ipsi nobis infera-  
 mus mortē. Deinde illi uertūt  
 ⁊ p̄ t̄duū aliud nō manufac-  
 tum edificabo: ut p̄pe de tem-  
 plo iudaico dixisse uideatur.  
 Dñs autē ut ostendēt animal  
 uiuū ⁊ spirans: dixat. ⁊ ego  
 intridū suscitabo illud. Ali-  
 ud ē edificare: aliud suscitare.

**E**xurgens sūm⁹ sacerdos imme-  
 diū: int̄rogauit ihm̄ dicens.  
 Nō respondes q̄cqm̄ ad ea que  
 t̄ obiciunt⁹ ab his: Ille autē  
 tacebat: ⁊ nichil respondit.

**T**ra p̄cept⁹ ⁊ impatiens n̄ inue-  
 niens calumpnię locū. excutit  
 de solio pontificē: ut insani-  
 am mentis. motu corporis de-  
 monstraret. Quanto ih̄c ta-  
 cebat ad indignos responsiōe  
 sua falsos testes ⁊ sacerdotes im-  
 pios: tanto magis pontifex fu-  
 rore supatus. eū ad responde-  
 dum puocat. ut ex qualibet  
 occasione sermonis. locū inue-  
 niret accusandī: nichilomin⁹



ih̄e tacet. Sciebat enī quasi deus: q̄quid respondisset torquendū ad calumpniā.

**R**ursū summ' sacerdos int̄roga-  
bat eū. & dicit ei. Tu es xp̄c filius  
benedicti. Ih̄e aut̄ dixit illi.  
Ego sum. **I**n matheo scriptū  
est. qđ int̄roganti & adiuranti  
se pontifici si esset xp̄c: respon-  
derit. tu dixisti. Pro quo mare  
posuit ego sū: ut uidelicet os-  
tenderet tantū ualere qđ ei di-  
cit ih̄e. tu dixisti. quantū si di-  
ceret. ego sum.

**E**t uidebitis filiū hominis  
a dext̄s sedentē uirtutis: et  
uentē in nubib; celi.

**S**i ḡ tibi in xp̄o o iudee. paga-  
ne. & hereticæ. & tempt' infirmitas  
& crux contumelia ē: uide  
qđ p̄hec filius hominis ad dex-  
teram dī pat̄s sessurus. & ex  
partu uirginis homo nat' in  
sua cū celi nubib; est maiesta-  
te uenturus. Vnde & ap̄ls cū  
crucis abiecta desēpsisset dicēs.  
qđ humiliavit semetipsum  
factus obediens usq; ad mortē.  
mortē autē crucis: adiunxit

atq; ait. P̄pter qđ & d̄s illū  
exaltauit. & do- nabit il-  
li nom̄ quod ē sup̄ om̄e nom̄:  
ut in nomine ih̄u omne genu-  
flectat'. celestū. terrestriū &  
infernoz. & om̄is lingua & fite-  
atur qđ ih̄e xp̄c in gl̄a est dei.  
**S**umm' aut' sacer' **S** patris.  
dos scindens uestim̄ta sua ait.  
Quid adhuc desidam' testes.  
Audistis blasphemā.

**Q**uē de solio sacerdotali fu-  
ror excusserat: eundē rabies  
ad scindendas uestes puocat.  
Scindit uestim̄ta sua. ut os-  
tendat iudeos sacerdotalem  
gl̄am pdidisse: & uacua sedē  
habere pontificis. **S**; & consue-  
tudinē iudaicē ē: cū aliquid  
blasphemie & quasi ḡtra d̄m au-  
dierint. scindē uestim̄ta sua.  
**A**d paulū quoq; & barnabam  
quando ī licaonia deoz cultu  
honorabant'. fecisse legimus.  
**H**erodes aut' quia n̄ dedit ho-  
norē deo. s; acquieuit imode-  
rato fauori ppli: statī ab anglo  
percussus est. **A**ltiore autē mys-  
terio factū est. ut in passione



dñi pontifex iudeoz sua ipse uestimenta scinderet. cū tunica domini ab ipsis qui eū crucifixere multib; scindi n̄ potuit. **Figura** batur enī qđ sacerdotiū iudeoz p̄scelib; ipsoz pontificū eēt scindendū. & a sue statu integritatis omnimodis soluendū. soliditas ū scē ecclē uniuersalis q̄ uelis sui redemptoris solet appellari. nūqm̄ ualeat dirumpi. quin poti⁹ & si iudei. si gentiles. si heretici. si mali catholici humilitatē dñi saluatoris contempnant. ei tam̄ usq; ad consummationē sc̄i in illis quos fors electionis inuenerit. inuolata sit p̄mansura castitas.

**E**t cepunt quidā aspūe eū. **Reuelare faciem ei⁹ & colaphis eū cecidit. & dicit ei. Pphetiza. Et ministri alapis eū cedebant.** Impleta est hoc loco p̄phetia que ait. **Dedi maxillas meas alapis. & faciē meā non auerti a confusione sputoz.** S; qui tē cecidit colaphis siue alapis iudeoz. cecidit etiā nūc blasphemis falsoz xp̄ianoz. Qui tūc

aspūus ē saluus infidelū. nē usq; uesanis nominētē fidelū ex honorat. atq; irritat obp̄bis. **Velauerūt autē faciem ei⁹ ut nō eoz ille scelera n̄ uideat.** s; ut a se ipsi sicut quondā moyse fecerunt. grām cognitionis ei⁹ abscondant. **Si enī credent moyse. credent forsitan i dño.** Ad uelamentum usq; hodie manet sup̄ cor eoz n̄ reuelatū. nobis autē in xp̄m credentib; ablatū est. **Nec; enī frustra eo moriente uelū templi scissū est mediu⁹.** & ea que toto legis tempore latuerāt & abscondita carnali isrl̄ erant. noui testamenti cultorib; s̄t patefacta sc̄a sanctorū archana. **Ad ū dicunt ei p̄phiza & uarta alios eugl̄istas p̄phiza quis ē qui te percussit. quasi in contumeliā faciūt ei⁹ qui se a populis p̄pham uolūt haberi.** S; ipso dispensante q̄ patit. omnia p̄ nobis fiunt. ut sic petr⁹ hortatur. xp̄o in carne passo nos eadē cogitatione ar̄ meū. atq; ad toleranda p̄ nomine ei⁹ irusionū obp̄bria p̄paremur.



**E**t cū esset petrus inato deorsū.  
uenit una ex ancillis summi sacer-  
dotis: et cū uidiss; petrū calefaciē-  
tem se. aspiciens illū ait. Et tu  
cū ihu nazareno eras. At ille ne-  
gavit dicens. Neq; scio. neq; no-  
ui quid dicas.

**Q**uid s̄ uult qd̄ p̄ma eū pdit  
ancilla. cū uiri utiq; magis eū  
potiunt recognoscere: nisi ut is-  
te sexus percasse in ece dñi ui-  
deret. & iste sexus redimeret  
p̄ dñi passionē. Et idō mulier  
resurrectionis accepit prima  
mysteriū. et mandata custodit.  
ut uetē p̄uaricationis ab-  
oleret errorem.

**E**t exiit foras ante atum.  
et gallus cantauit.

**D**e hoc galli cantu ceti euangeli-  
ste tacent. nō tamen factum  
ēē negant. sic & multa alia  
ali; silentio p̄tereunt q̄ alii  
narrant.

**R**ursū autē cū uidiss; illum  
ancilla. cepit dicere circum-  
stantib; quia hic ex illis est.  
At ille iterū negavit.

**N**on hec eadem que p̄ius accu-

sabat ancilla esse credenda est.  
Dicit namq; matheus aptissime.  
Exeunte autē illo ianuā. uidit  
eū alia: & ait his qui erant ibi. &  
cetera. In hac autē negatione pet-  
rus discim' nō solum abnegare xpm  
qui dicit eū non esse xpm: s;  
ab illo etiā qui cū sit negat se  
esse xpianū. Dñs autē nō ait  
petro. disciplin' meū te nega-  
bis: s; me negabis. Negavit  
ergo ipsū: cum se negavit et  
esse discipulum.

**E**t post pusillū: rursū q̄ as-  
tabant dicebant pet. Vere tu  
ex illis es. Nam et galileus es.

**N**on qd̄ alia lingua galilei  
quā iherosolimitē loquerent.  
qui utriq; fuerit ebrei: s; quod  
unaqueq; p̄uincia et regio sua  
habeat p̄prietates: ac uerna-  
culū loquendi sonū uttare n̄  
possit. Unde in actib; ap̄torū  
cū hi quib; sp̄s sanct' insēdat  
omniū gentiū linguas loque-  
rentur: int̄ alios q̄ de diuersis  
mundi plagis adueniant. et  
am illi qui habitabat iudeā  
dixisse referunt. Hōne ecce



omnes qui loquuntur galilei sunt.  
 Et quoniam nos audiuimus unumquemque  
 linguam matrem in qua nati sumus.  
 Et petrus fratribus loquens in iherosolymis.  
 et notum inquit factum est omnibus  
 habitantibus in iherosolymis: ita ut ap-  
 pellaretur ager ille lingua eorum ach-  
 eldemach. Quare lingua eorum: in-  
 quia idem nomen aliter illi hoc est  
 iherosolymite. aliter sonabat ga-

**I**lle autem cepit anathematizare & iurare: quia nescio  
 hominem istum quem dicitis. Et sta-  
 tum iterum gallus cantauit.

Solet scriptura sacra meritum  
 causarum per statum designare tem-  
 porum. Unde petrus quia media noc-  
 te negauit. ad gallicantum pe-  
 nituit: qui etiam post resurrec-  
 tionem domini diurna sub luce il-  
 lum quem tertio negauerat. tertio  
 eque se amare professus est: quia  
 nimirum quod in tenebris obliuionis  
 errauit. et spate iam lucis reme-  
 moratione correxit. et eiusdem  
 uere lucis adeptam presentiam. ple-  
 ne totum quicquid nutauerat erexit.  
 Hunc opinor gallum aliquem doc-  
 torum intelligendum. qui nos iace-

tes excitans & somnolentos iere-  
 pans dicat. **I**ungulate iusti: et no-  
**E**t recordatur. **S**ilite peccare:  
 est petrus uerbi quod dixerat ei ihesus.  
 prius quam gallus caneret uis. ter-  
 me negabis: & cepit flere.

**Q**uam nociua prius colloquia.  
 Petrus ipse inter fideles uel homi-  
 nem se nosse negauit: quoniam inter  
 discipulos dei filium fuerat confessus.  
 Sed nec in ato cayphe retentus.  
 poterat agere penitentiam. Egre-  
 ditur foras ut alij narrant  
 euangeliste: quatinus ab impiorum con-  
 cilio secretus. sordet pauide  
 negationis libris fletibus abluat.

**E**t confestim consilium facientes mane  
 summi sacerdotes cum senioribus &  
 scribis in uniuerso concilio: uincten-  
 tes ihesum duxerunt et tradiderunt pilato.

**XXV.**

**N**on solum ad pilatum sed etiam ad  
 herodem ductus est: ut uterque  
 domino illuderet. Et cerne sollici-  
 tudinem sacerdotum in malo. To-  
 ta nocte uigilauerunt ut homi-  
 cidium facerent: & uinctum tradi-  
 derunt pilato. Habebat enim  
 hunc morem: ut quem ad iudicasset  
 morti. ligatum iudici tradent.



Attam notandū qđ nō tunc  
p̄mū ligauerūt eum: s; mox cō  
phensū nocte in orto ut iohes  
declarat ligauerūt: & sic addux  
erunt eū ad annā primū.

**E**t interrogauit eū pilatus.

*Tu es rex iudeorū.*

**P**ilato nichil aliud c̄minis  
interrogante n̄ utrū rex iudeorū  
sit: arguunt impietatis iudicū.  
qd̄ ne falso quidē inuenire  
potūnt qđ obicēnt saluatori.

**E**t ille respondens ait illi. Tu

*Sic respondit ut i. S. dicit.*

**S**ic respondit ut i. S. dicit.  
uerū diceret: & sermo eius ca  
lumpnię n̄ pateret. Et atten  
de qđ pilato qui iustus fere  
bat sententiā. aliqua in parte  
respondit: sacerdotib; autē &  
p̄ncipib; respondere noluerit.  
indignosq; suo sermone iudi

**P**ilatus autē rursus. *S. cart.*  
interrogauit eū dicens. Non re  
spondes quicquid? Vides iquā  
tis te accusant? Ihesus autem  
amplius nichil respondit.

**E**thnicus quidē est q̄ gdem  
nat ihm: s; causā refert in  
ip̄m iudeorū. Vide inquantis

te accusant. Ihesus autē nichil re  
spondere uoluit. ne crimen  
diluens dimitteretur a p̄side: &  
crucis utilitas differret.

**P**ontifices autē contulerūt

*turbā: ut magis barraban di*

*heret iudeis. S. mutet eis.*

usq; hodie sua peticio: quā  
tanto labore impetrarūt. Qđ  
enī data s̄ optione p̄ ihu latro  
nem. p̄ saluatore in t̄fectore.  
p̄ datore uite: elegerūt ademp  
torē: merito salutē pdiderūt  
uitā: & latrocinijs se se ac se  
ditionib; intantū subdiderūt.  
ut & patam regnūq; suū quod  
plus xp̄o amauere pdiderunt.  
& hacten̄ eam qm̄ uendidere  
sue anime seu corporis liber  
tatem recipe n̄ meruerunt.

**P**ilatus autē respondens itum  
ait illis. Quid ḡ uultis ut fa  
ciam regi iudeorū? At illi itum  
clamauerūt. Crucifige eū. Pi  
latus autē dicebat eis. Quid  
enim mali fecit?

**M**ultas libandi saluatorē  
pilatus occasiones dedit. Pri  
mo latronē iusto ḡferens. de



inde inferens. quid igitur uultis  
ut faciam regi iudeorum. cuius respon-  
derent crucifigatur. non statim ac-  
quieuit. sed iuxta suggestionem  
uxoris que mandauit ei ut  
matheus scribit. nichil est ius-  
to illi. ipse quoque respondens  
quid enim ait mali fecit: Hoc  
dicendo pilatus. absoluit ihm.

**A**t illi magis clamabat. **S**ru-  
t ut impleret **S** effige eum.  
quod in uicesimo primo psalmo  
dixit. **C**ircūdederunt me canes  
multi: congregatio malignan-  
tium obsedit me. **E**t illud ihere-  
mie. **F**acta est in hereditas mea  
sicut leo in silua: dederunt super  
me uocem suam. **I**saias quoque in hac  
sententia congruente. **E**t expec-  
taui ut facerent iudicium. fece-  
runt autem iniquitatem: et non  
iusticiam sed clamorem.

**P**ilatus autem uolens populo sa-  
tisface dimisit illis barrabam:  
et tradidit ihm flagellis cesum

**I**ut crucifigeretur.  
**I**hesus autem flagellatus non ab alio  
quam ab ipso pilato intelligendum  
est. **S**cribit namque aperte iohannes.

117  
Clamauerunt rursus omnes dicentes.  
**N**on hic sed barraban. **E**rat autem  
barrabas latro. **T**unc ergo appre-  
hendit pilatus ihm. et flagel-  
lauit. **A**c deinde subiungit. **E**t  
milites plectentes coronam de  
spinis. imposuerunt capiti eius: et  
cetera. **A**d quidem ideo fecisse atque  
ideo credendum est militibus illu-  
dendum tradidisse: ut satiati  
penis et obprobriis eius iudicium mor-  
tem eius ultra sicire desisterent.  
**H**oc autem factum est: ut quia scrip-  
tum erat. multa flagella pec-  
catorum: illo flagellato nos auer-  
beribus libaremur: dicente scrip-  
tura. **F**lagellum non appropinquabit  
tabernaculo tuo.

**M**ilites autem duxerunt eum in atri-  
um praetoris. et uocant totam cohortem  
et induunt eum purpura:  
et imponunt ei plectentes spi-  
neam coronam. et cepunt saluta-  
re eum. **A**ue rex iudeorum.

**M**ilites quidem quia rex iudeorum  
fuit appellatus. et hoc ei scri-  
bis et sacerdotibus cimen obiece-  
rant quod si in populo israelitico  
usurparet imperium: illudentes



hoc faciunt. ut nudatū pristini  
uestib; induant purpura qua re-  
ges uetēs utebantur. & p̄diadema  
te ponant ei coronā spineā. pro  
scepto regali dent calami ut  
maths sc̄bit. & adorent q̄si re-  
gem. Nos aut̄ omnia hec intel-  
ligam' mystice. Quom̄ enī cay-  
phas dixit oportet unū homi-  
nem mori p̄ omnib; nesciens  
qd̄ dicet. sic & isti q̄dcumq; fe-  
cerunt. licet alia mente fecerūt.  
tam̄ nobis qui credim' sac̄m̄ta  
tribuebant. Notandū aut̄ q̄a  
peo qd̄ marc' ait. induunt  
eū purpura. math's ita posuit.  
& exuentes eū clamidē coci-  
neam circūdedert̄ ei. ubi itel-  
ligit' qd̄ math's ait. clamidē  
coccineā circūdedert̄ ei. hoc  
marcū dixisse inditū purp̄a.  
Regia enī purpura clamis illa  
coccinea ab illudentib; adhibi-  
ta erat. & est rubra quedā pur-  
pura cocco simillima. Potest &  
fieri. ut purpurā etiā marc'us  
memorauit qm̄ clamis habe-  
bat. qm̄uis est; coccinea. Mys-  
tice ḡ in purp̄a qua induit' est

dn̄s. ipsa eius caro qm̄ passionib;  
obiecit insinuat'. de qua p̄mis-  
sa p̄dixerat p̄ph̄ia. Quare ergo  
rubrū est induitū tuū. &  
uestim̄ta tua sic calcantiū in  
torculari. In corona ū quā  
portabat spinea. nr̄oz suscep-  
tio peccatoz. p̄ qua mortalis  
fieri dignatus ē ostendit'. iux-  
ta qd̄ p̄cursor ipsius testimo-  
niū ei p̄hibent' ait. Ecce agn'us  
d̄i. ecce qui tollit pecc̄a m̄udi.  
Namq; spinas ī significatiōe  
peccatoz poni solere. testatur  
ipse dn̄s qui p̄thoplasto in pec-  
catum plapso dicebat. Terra  
tua spinas & tribulos germina-  
bit t̄. Qd̄ est apte dicere. Con-  
scientia tua p̄unctiones t̄ et  
aculeos uitioz. percreare nō de-  
sistet. Qd̄ uero iuxta eugl̄m  
luc' dn̄s apud herodē alba  
ueste induit'. in certis ū eugl̄is  
his amilitib; pilati sub coci-  
nō siue purpureo habitu illu-  
sus esse p̄hibetur. collata utq;  
narratione. ī uno īnocentia  
& castitas assumptę humani-  
tatis. in altō aut̄ ueritas



passionis p̄ quā ad gl̄am regni  
 ī mortalī esset p̄uentur' expri-  
 mitur. Sic enim purpura  
 colorē sanguinis q̄ p̄ nobis ef-  
 fusus ē imitat' ita ī habitus  
 regnū qd̄ post passionē intra-  
 uit nobisq; intrandū patefe-  
 cit insinuat. Verū quia dixit  
 ap̄ls. quotq̄t enim ī xp̄o bap̄ti-  
 zati estis xp̄m induistis. & ysa-  
 ias dño de electis. om̄ib; **his**  
 uelut ornamento uestieris. po-  
 test in hoc utroq; dñi habitu  
 ī m̄icoꝝ quidē sententia p̄bro-  
 so. s; ipsius dñi electione glori-  
 osissimo. om̄is electoꝝ ei' mul-  
 tudo q̄ in martyres uenian-  
 dos ī certā fidelū plebe dis-  
 tinguit' aptissime designari.  
 Alba & enī ueste induit'. cū  
 munda iustoz ꝑ fessione cir-  
 cumdat'. purpura siue cocco  
 uestitur. cū in triumpho uicto-  
 riosoꝝ martyru' gloriatur.

**E**t percutiebatur caput ei'  
 arundine ꝑ spuebant eum.  
 & ponentes genua adorabat  
**H**ec tē fecere milites ꝑ eū  
 pilati. hec usq; hodie faciūt

heretici ꝑ pagani. milites utiq;  
 diaboli. Quia enī caput x̄ d̄s.  
 caput ei' percutiunt. q̄ eū uerū  
 dñm esse denegāt. Et q̄a parum  
 dinē solet sc̄ptura ꝑfici' quasi  
 arundine caput x̄ feruūt. q̄  
 diuinitati illi' cōtradicentes.  
 errorē suū confirmare aucto-  
 ritate sacre sc̄pture conant'.  
 Spuunt ī faciem ei'. q̄ p̄ senti-  
 am ei' uerbis gr̄e execrandis  
 ex int̄na cere m̄tis in sania cō-  
 ceptis respuūt. ī ih̄m xp̄m in  
 carne uenisse denegāt. Et q̄dē  
 milites eū quasi q̄ dñm se ipse  
 falso dixiss; illudñtes adora-  
 bant. s; s̄ hodie qd̄ est graui-  
 oris uesanię. qui eū certa fide ut  
 dñm uerū adorant. s; p̄uersis ac-  
 tib; mox uerba eius quasi fabu-  
 losa despiciunt. ac ꝑmissa reg-  
 ni illius temporalib; illeceb's  
 longe post ponunt.

**E**t educt' illū ut crucifigēt  
 eū. angariauerūt ꝑtereuntē  
 quēpiam symonē cyreneū ue-  
 nientē de uilla patrē alexand'  
 ꝑ rufi. ut colleret crucē eius.  
**Q**uasi iam noti omnib' de



signentur ex nomine. S; cauendum  
ne cui uideatur contrarium quod iohannes  
scribit. ipsum dominum s; crucem por-  
tasse. ceterum uero euangeliste sic symo-  
nem cyrenensem eam uoluisse re-  
ferunt. Primo namque a domino  
portata. ac deinde symoni quoniam  
ex euntibus forte obuium habuerunt  
portanda imposita est. & hoc con-  
gruo satis ordine mysticum. quia  
nimirum ipse passus est pro nobis  
relinquens nobis exemplum ut  
sequamur uestigia eius. Et quia symon  
iste non iherosolimita sed cyrenensis  
esse prohibetur. cyrenensis enim ciuitas  
est ut in actibus apostolorum legitur. rec-  
te pro eum populi gentium designatur.  
quod quondam peregrini et hospites  
testamentorum. non obedienter ciues  
sunt & domestici dei. et sicut alibi  
dicitur. heredes quidem dei. cohere-  
des autem christi. Unde apte symon  
obediens. cyrenensis heres interpretatur.  
Nec pretereundum quod idem  
symon de uilla uenisse dicitur.  
Villa enim grece pagos dicitur. unde  
paganos eos appellamus. quos a  
ciuitate dei alienos. & quasi urba-  
ne uisitationis esse uidentur ex pres-

S; de pago symon egrediens  
crucem portabat post ihesum. cum po-  
pulus nationum paganis ritibus  
derelictis. uestigia dominice passio-  
nis obedienter amplectitur.

**E**t adducunt eum in golgotha  
locum: quod est interpretatum caluarie

**E**tra urbe et foris locus.  
ris portam loca sunt in quibus trun-  
